

COMMENTARIA
IN
APOCALYPSIN
S. IOHANNIS
APOSTOLI

11

COMMENTARIA
IN
APOCALYPSIN
S. IOHANNIS
APOSTOLI,

Auctore

R. P. CORNELIO CORNELII
A LAPIDE E SOCIETATE IESV,

Olim in Louaniensi, pòst verò in Romano Collegio Sacrarum
Litterarum Professore.



L V G D V N I,
Sumptibus Iacobi & Matthæi Prost fratum.

M. DCXXVII.

CVM APPROBATIONIBVS DOCTORVM.



INDEX MATERIARVM, QVÆ EX HIS COMMENTARIIS IN APOCALYPSIN S. IOHANNIS, AD Euangelia Dominicarum, & aliquot festorum totius anni accommodata, in usum Concionatotum desumi poterunt.

Prior numerus paginam, secundus columnam indicat: littera addita
respondent litteris intercolumnaribus.

In Dominica prima Adventus.

Luc. 21. **R**VN T SIGNA IN
SOLE, &c. De signis
Adventus secundi. 127.c.1
V-**R**VTYTES GOR-
LORVM MOVE-
NTVR. Angeli sunt illæ virtutes. 130.b.1

Lapidés torrentis illi dulces fuerunt. Tribulatio-
tio ut totem citè transit. 191.c.1. De tribulacio-
ne plura. 114.c.1. & 115.b.1
Ad. 6. **V**IDEO COELOS APERTOS.
Tribulatio adeit Dens. 22. b.1
Cauda apertæ quid sit. 76. c.1

In festo S. Iohannis Euangelista.

Marc. ii. **C**ACI VIDENT, &c. De
miraculis. 83. b.1
QVID EXISTIS IN DESERTVM
VIDERET? Quare S. Iohannes Baptista fecellit
in extremum. 127. c.1
ECCO EGO MITTO ANGELVM
MEVM. S. Iohannes est Angelus nesciens foli-
te corrigiam calceamenta & ligilla. 130. d.1

Ioan. 11. **E**XISTIT ERGO SERMO ISTE
INTER FRATRES, QVOD DISCIPULVS
ILLE NON MORITVR. Sime mortuus
D. Iohannes. 12. c.2
De laudibus eius multa, à pagina prima & 131.
b.1. & 324.c.1

In festo Sanctorum Innocentium.

Apc. 14. **V**IRI SUPRA MONTEM
SION AGNVM STANTEM, &c. Viri in
expositione illius capitis an intelligatur de illis
infamibus.

Dominica infra Octauam Nativitatis.

Luc. 2. **E**RANT JOSEPH ET MARIA
MATER IESV MIRANTES SUPER
HIS QVÆ DICERANT YVR DE ILO. Non est mirum si mirentur, quandoquidem Christus
fir iris (qua est filia admiratio) sicut Ange-
lus cum iride. 198. d.1

PLENVS SAPIENTIA. Quia Arca te-
stamenti in qua lex sapientie regula. De illa Ar-
ca 194.c.1. A conceptione habuit omnia reu-
lationem. 12. 2.1

In die Nativitatis.

Ioan. 1. **V**ERBVM CARO FACTVM
EST Incarnationis mysticum. 323. d. 1. &
79. b.1

In die Circumcisiorum.

In festo S. Stephani.
Stephanus Graecè idem est quod corona. S. Ste-
phanus est primus coronatorum. De coronis Mat-
tyram, 37. d.1

Luc. 2. **V**OCA TVM EST NOMEN IESU
IESVS. Nomen Iesu idem quod Ichoua, De
hoc autem. 14.c.1. & 183.2.1. & b.2
Christi nomen quomodo à Constantino figura-
tum. 118. e.2
Nomen Iesu hunc numerum apud Grecos redi-
git 888, & quid per eum representetur. 220. d.1

6 In

Index materiarum

In Epiphania.

Mark. 1. O STYLERYNT EI MUNERA AVRYM, THVS, ET MYRRHAM.
Aurum significat charitatem. 15. c. 1. Thus orationem, de qua 107. a. 2. Myrra mortificacionem, de qua 106. c. 1.
E X T E N I M EXIET DUX QVI REGAT POPVYDVM MEVM ISRAEL.
De Christi rego. 50. b. 1

Dominica infra Octaram Epiphania.

Luc. 3. ET ERAT SYROITVS ILLIS.
De obedientia. 55. c. 1

Dominica IV. post Epiphaniam.

Mark. 8. ET ECCE MOTVS MAGNVS FACTVS EST IN MARL.
Mundus est mare in quo excentur magna motus. 109. d. 2. & 111. d. 1. & 141. c. 1. & 85. c. 1

In Septuaginta.

Mark. 10. MVLTI ENIM SVNT VOCATI, PAVCI VERO ELECTI.
De paucitate saluandorum. 107. c. 1

In Sexagesima.

Luc. 8. SEMEN EST VERBVM DEI.
De verbo Dei. 132. c. 2

In Quinquagesima.

Luc. 18. ET OMNIS PLEBS VT VIOLET, DEDIT LAVOLEM DEO. De laude Dei. 148. c. 1

Dominica prima Quadragesima.

Mark. 4. ET ACCEDENS TENTATOR.
Diabolus iustos principale tentat. 201. c. 1. & seq.
Est imbecillis sine nobis. 137. d. 2

OSENTHO ET OMNIA RIGHA MUNDI.
De vanitate regnorum. 176. c. 1. & 141. d. 2
De seculi pompa vitrea. ibid.

Dominica secunda.

Mark. 19. SI VIS, FACIAMVS HIC TRIA TABERNACVLA. Culum in quo est gloria est tabernaculum. 107. c. 1

VESTIMENTA AVTEM EIVS FA- CTA SVNT ALIA SICVT HIC. De coloris albi significacione. 143.

Dominica tertia.

Luc. 11. ERAT IBSVS EISCIENS DEMONIVM, ET ILLVO FRAT MVTVM. De peccati effectibus, quorum unus est redire munus in confundendo peccato. 153. d. 1

Dominica quarta.

Ioh. 3. Vnde ememys panes, vt manducent illi De pioventia Dei. 18. d. 1. & 88. a. 2
De misericordia que est una ex mammillis Dei, de quibus 25. b. 2

Dominica in Pascham.

Ioh. 3. QVIS EX VOSIS ARGVET ME DE PECCATO? Christus innocens ve Agnus. Agnus Dei. 102. a. 2. Agnus agnus dilector. 123. b. 2 Nullus Sanctorum ei equalis. 128. a. 2 Christus affilium Pontifex futurom bonorum, ad Hebr. 9. Christi Pontifex us podere significatur. 14. c. 2

Dominica in Palmis.

Mark. 11. ALII AVTEM CADIBANT RAMOS DE ARBORIBVS. De palma que est symbolum victoriz, quam de hostibus erat habicurus Christus. 143. & seqq.

Ecce REX TVVS VENIT TIBI. De regno Christi, sapientia.

In die Resurrectionis.

Mark. 16. VIDERVNT IUVENEM SEDEM IN OEXTRIA COOPER- TVM STOLA CANDIDA. De significacione coloris albi, sapientiae.

SVARREXIT, NON EST HIC. De Christi Resurreccione. 325. a. 2. & 351. c. 1

Apc. 5. VICTUS LEO DE TRIZV IVDIA. Leo virus 4. animalium significat relutacionem. 88. c. 1
Christi & Leonis comparatio. 10. d. 1
Christi resurrectio-caula nostra. 330. d. 1

Feria secunda.

Luc. 14. ACCEPIT PANEM, ET BB- NEDIXIT, AC FREGIT. De Eucharistia, 37. a. 2. & 306. a. 2
Christus post mortem quibusdam portavit suum corpus. 159. b. 1

SPERARANVS QVOD IPSE EBBT REDEMPTVRIS ISRAEL. Fuit ruitus hominum reparebor. 65. a. 1

Feria tercia.

Luc. 14. PAX VOBIS. De pace. 188. d. 1
VISTE MAMVS MEAS AT PEOLIS.
Vulnera Christi apparetant. 19. d. 1
PRADICARE IN NOMINE EIVS FORNITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORVM. Que significatur per hanc circumst. 329. c. 1
SIC OPORTEBAT CHRISTVUM PATI, ET RESVCGERE A MORTVIS. Tribulacio est via ad perfectionem. 150. a. 2
Partu coronam. 149. d. 1

Dominica in Albis.

Ve in feria precedente.

Ioh. 20. ET FORES ESSENT CLAV- SA PROPTER METVM IVDICORVM.
An sit fugienda persecutio? 309. c. 1

Dominica secunda post Pascha.

Ioh. 20. EGO SVM PASTOR EOBVS.
De pastoris officio. 53. b. 1. De vigilante. 51. c. 2
De nosis bona Pastoris. 88. c. 1

Et conosco oves meas. De numero predestinatorum. 60. b. 2

Dominis

pro concionibus.

Dominica tercia.

Ioan. 19. TRISTITIA VESTRA VERETUR IN DAVIDI M. Tribulario pariet coronam. Vide supra testia.

Dominica quinta.

Ioan. 16. SI QUID PETIERITIS PATREM IN NOME MEO. De oratione. 107.a.2

In die Ascensionis.

Marc. 16. ASSYMPTVS EST IN COELVM. De Ascensione quae figuratur per aquilam. 88.c.1. Et per chrysobothrum. 517.b.1

PREDICATE EVANGELIVM. De predicatione. 35.c.1. Apostoliper terram discutentes fuisse equi mythisci. 115.e.1. De predicationibus. 144.c.1. Eccl 106.d.1. & 48.b.1

In die Pentecostes.

Ioan. 14. PARACLITVS AVTEM SPTITVS S. DOM. SPIRitus S. significatur per lampadas. 84. d.1. Conformatio litis & apparetur illis dispergit lingue tamquam ignis.

Implevit Apostolos charitatem, quæ per ignem significatur. 70.b.1. Et per fulgorum. 144.c.1. De articulo missis Spiritus S. 318.c.1

In fœlo S. Trinitatis.

De baptismi qui fit in nomine Trinitatis. 84. d.1. & 14. d.1. De trilio. 91. a.1. De trinitate S. Trinitatis. Ibid.

Dominica prima post Pentecosten.

Luce 6. ESTOTE MISERICORDES ETCVT BY PATER VESTER MISERICORDIA EST. De Dei misericordia dictum est in Dominica IV. Quadragesima.

HYPOCRITA ECCE PRIMUM TRABEM. De hypocritis. 179.c.1

In fœlo corporis Christi.

Ioan. 6. CARO MEA VERE EST CTVS. De Eucharistia. 37.a.1. & 306.a.1

IN FESTIS.

In fœlo S. Andreae.

S. ANDREAS per sapphirum representatur. 311.d.1
Ex per Neophyti. 331.

In fœlo Concepcionis B. Mariae Virginis.

Apcal.11. SIGNVM MAGNUM APPARVIT. Per illud signum intelligitur B. Virgo. 195. apparet autem prius quando concepta est.

In fœlo Purificationis.

De humiliata Virginis, quæ volunt reputari peccatrix. 119.c.1
Vide alia eius facta.

In fœlo S. Mathiae.

S. Mathias per amethystum representatur. 330.a.1

In fœlo Annuntiationis.

Eccl. 1. MISSVS EST ANGELVS GABRIEL. Gabriel interpretatio. 174.a.2

ET REGNABIT IN DOMINA IACOB ETERNVM. Regnum Christi solidum. 50.b.1

ECCE ANCILLA DOMINI. De B. Maria humilitate, superl.

In fœlo S. Marchi.

S. Marcus figuratur per enum ex 4. animalibus, de quibus. 86. & 88.

In fœlo SS. Philippi & Iacobi.

Joseph fuit typus S. Philippi. 331.c.1
S. Philippus est lardonix. 315.b.1
S. Iacobus minor est sopazius. 318.c.1

In fœlo S. Crucis.

Iacob. 3. OPORTET EXALTARI FILIVM NOMINES. De laudibus S. Crucis. 135.c.1. & 136.c.1. Fortitudo Christi. 331.c.1. & seq.

In fœlo S. Iohannis Baptista.

Est Angelus. 100.d.1
Libertus argubet. 189.d.2

In fœlo SS. Petri & Pauli.

Gad typus S. Petri. 330.c.1. Est Michael pellitus cum discone. 206.b.1. Ioseph. 310.c.1
S. Paulus est sapphirus. 311.c.1. aquila. 164.c.1

In fœlo S. Iacobi.

S. Iacobus perlantibus succurrat. 116. d.1. representatur per vnum ex gemmis Rationalis. 103. a.1

In Assumptione B. Mariae.

Arca requiecit super montes Arremiz. B. Virgo est arca testamenti. 194.d.1
B. Maria Virgo vi amoris mortua. 135.c.2

In fœlo S. Bartholomei.

S. Bartholomeus est sardius. 316.d.1. Per vnum ex Patriarchis significatur. 300.

In Nativitate B. Mariae.

Gen. 6. QVA EST ISTA QVA PROGREDIVA QVAST AURORA CONSVERGENS, VULCHRA YT LYNA? Et Lyna sive pedibus vivit. 195.c.1

In fœlo S. Matthei.

S. Mattheus vnum ex 4. animalibus. 88.
S. Mattheus est chrysobothrus. 127.a.1

In fœlo S. Michaelis.

De S. Michaeli. 182.b.1
Angeli sunt ministratorij spiritus. Ibid. d.1. Vide vero angelus.

In fœlo S. Luce.

Lucas est vnum ex 4. animalibus. 88.
Ib.

Index materialium pro concionibus.

In festo SS. Simonis & Judei.

S. Simon fuit hyacinthus. 319.a.8
S. Iudeus Thaddeus est chrysopædias. ibid.b.1

In festo omnium Sanctorum.

Epistola sumpta est ex cap. 7. Apocalypsis,
quod inde explicatur.

Math. 5. BEATI QVI ESSE RIVUNT
ET SITIVNT IUSTITIAM. QV O-
NIAM IPSI SATVRÆVNTVR. 151.
c. 1. Beatus eft cena. 179.c.2

BEATI PAUPERES SPIRITU, QVO-
NIAM IPSORVM EST REGNUM
COELORVM. Beati regnare. 109.d.2

BEATI QVI PERSECUTIONEM PA-
TIVNTVR. Persecutio parit coronam. 149.d.2
Plura tibi sufficeret Index seruum.

In Communi Apostolorum.

Vide in Indice rerum verb. Apostoli.

In Communi Martyrum.

Math. 10. NOLITE TIMERE EOS
QVI OCCIDUNT CORPVS. Moes in-
fornorum bona. 134. a. 1. Seculum contempnunt
Sancti. 143.c.1

Lac. 14. SI QVIS VENIT AD ME, ET
NON ODIT PATERM SVVM. Amor
Dei est odium soli. 106.c.8

Vide verb. Martyr.

Iacob. 1. SINE ME NIHIL PO TESTIS
FACERE. Victoria Martyrum Deo tribuenda.
141.d.2

Vide in festo omnium Sanctorum.

In festo Confessorum Pontificum.

Math. 25. ET VNI DEDIT QV IN-
QV TALENTA. Quid sit talentum. 153.
c. 1. Nihil est preciosissimum tempore in quo bene
debetus oportet, ideo cuius ratio exigetur. 181.
b. 1. Vita pauplens tempus mercandi. 181.c.1

Math. 14. QVIS PUTAS EST FIDE-
LIS SERVVS ET PRUDENS, QV EM
CONSTITVIT DOMINVS SVPER PA-
MIZIAM SVAM? De officio pastoris. 13.b.1.
De boni Praeclaris notis. 88.c.1
Vide verb. Episcopi.

In Communi Doctorum.

Math. 5. VOS ESTIS LXX MUNDI.
Doctores sunt stellæ. 18. b.1. vide 88.c.1. Sunt
sequitur. 164. a. 1. Sunt alii. 207.d.2

In festo Confessorum non Pontificum.

Lac. 1. SINT LVMEN VESTRI PRÆ-
CINCTI. De castitate. 80.c.1. & 216.c.8

LCUERNA ARDENTES IN MA-
NIBVS. De bona operatioe. 226.c.1. Exem-
pla Sanctorum sicut fulgura. 83.c.2

Lac. 11. VENDITP QVI POSSIDE-
TIS. Pauperes quea est vobum venum ostendere
commendata. 39.b.1

De mortificatione. 806.c.8
De legiis Religioforum & fundatocum ordinum,
151.d.2. & de eorumdem virtutibus. 332.c.1

In Communi Virginum.

Math. 25. PRUDENTES VERO AC-
CEPERVNT OLEVM. De oliva & oleo, &c
quorum sit symbolum. 188.b.1. & 231.c.1

Math. 15. INVENTA AVTEM VNA
PRETIOSA MARGARETA. De mar-
garitarum prelio. 332. c.1. Sed virginicas est pre-
ciosissimæ, de qua 224.d.1. & 2.

Defectus olei est defectus charitatis, que est
castitas virginitatis. 228.c.2
De Virginibus plus à pagina 226.

In dedicatione Ecclesie.

Epistola sumpta ex cap. 21. Apocalypsis.
De oratione. 107.a.8
De templo. 185.c.1. Cuius sit tanquam in terra. 334.
c. 1

COMMEN



AMPLISSIMO ORNATISSIMO QVE VIRO

D.D. IOANNI DE SILVECANE,
IN CVRIA LVGDVNENSIS
CONSILIARIO REGIO,
& Sigillorum Regiorum in eadem
Curia Custodi,

*Iacobus Prost Bibliopola,
F. P.*

CV: Ænigmata potius quām Oedipo? Cui Euangelicæ Aquilæ symbola opportuniūs quām ingeniōrum Lugdunensium Aquilæ? Cui Parabolæ meliūs quām cordato Catoni? Cui denique Apocalypsin accommodatiūs quām lynceo? Hoc igitur V. C. non illubenti opinor animo excipies mæ in te benevolentiae monumentum, & sacrum quod meritorum tuorum tholis appendo Anathema. Apocalypsis est, fateor, sed non semper, vt voluēre nonnulli, Apocalypsis. Quot enim amabo sapientissimi Thesei, non Ariadnes, sed eruditionis sacræ filo ex implexis inextricabilis huiusc labyrinthi mæandris, felicibus auspiciis euasere? Quot Nauparchi peritissimi, huius Oceani vastitatem emensi ex infinitis propè difficultatum scopolis enauigarunt? Quot acutissima ingenia, solerti indagatione Apocalypses istius adyta sunt perscrutata? Quot sydera in sublimioris Palæstræ cœlo radiantia tenebras quibus reconditum istud opus circumfulsum videbatur, mirabili eruditionis suæ luce dispulerunt?

Apocalypsis est igitur, sed non perspicacibus lynceorum ingenii, in quorum album te non immerito referendum censeo. Ænigma est, sed non sagacissimæ Oediporum solertiæ, qui arcana omnia reconditâque ecclesiæ Mystæ sacramenta in lucem protulere, adeò felici ausu, vt quod non pauci immensa operis mole deterriti huma-

nas superare vires existimabant, id isti diuina freti manu alacriter suscepérint, perfecerintque constanter: fidem verbis adstuent insignia tot præclarorum ingeniorum monumenta, Bibliothecarum ornamenta, quæ etsi deficerent, en tibi nouum è typis nostris opus, quod satis supérque dictorum meorum sententiam stabilit atque confirmet. Patere me auspiciis tuis V. C. studiosis omnibus factarum literarum, quod eis primo bonum gratulari. Adeste modò quotquot ad Apocalypsin tanquam salum nullis circumscriptum finibus periculisque plenum quodammodo exhortescitis, hoc Tiphy duce ad portum tutamque stationem peruenietis: Adeste quotquot Apocalypsin Cimmeria quadam variorum ænigmatum caligine circumseptam existimatis, hasce nebulas omnes nous hic Oedipus doctrinæ suæ splendore dissipabit. Quid iactatis eos maximè reconditos callere Apocalypses sensus, qui non minus ingenua quam ingeniosâ inscitiâ se minimè callere fatentur? quid vulgatis Apocalypsin Quadraturam circuli esse, scibilem eam quidem, sed haec tenus non scitam? Perclegans' opus istud perlegite, & tum demum aperta nudaque cernetis mysteria, quæ innuincris videbantur vobis obducta inuolucris, adeò vt, paradoxum loquor, ex caligine splendor exoriatur, & de tenebris lux splendet. Quanta enim sacris paginis ex reconditis Apocalypses mysteriis lux affluit et quanta in eam quæ mores excusat disciplinam cœlestis copia luminis transfusa? Quin etiam existimem hanc ipsam nostram Euangelijs Aquilam, irreuerberatis licet irretortisque ipsum Diuinitatis Solem fuisse contuita luminibus, non mediocrem ex his suæ Apocalypses arcanis lucem hausisse, nouamque ipsius animo scére diuinorum rerum notitiam superfudisse, quam in posterorum utilitatem ex eo in quo potauerat fluento cruciatit.

Offero igitur tibi V. C. opus numeris omnibus absolutissimum, in quo scilicet eruditio non vulgaris præclara oblectet ingenia, argumenti vbertas copiolam verbi diuini præconibus segetem profundat, materiae varietas nauseantis animi, cuius est varios cibos degustare, fastidium abstergat, ænigmatum obscuritas sacrum quandam ingeneret horrorem, reconditi sensus in Parabolis tanquam in succino inclusi iucundiùs pelluceant, affiant suauitùs, vehementiùs moueant, incitent acriùs, pium denique legentium pariter ac audientium assensum molliùs e blandiantur. Quidni igitur V. C. adeò ingeniosum, sublime, argumentosumque tibi dicetur opus, tibi, inquam, quem natura tot præclaris dotibus locupletauit, ars tanto studio perpoluit, excusat industria, suprema demum rerum omnium moderatrix Pronœa suis numeris absoluit, ac in dignitatum Lugdunensium fastigio collocauit?

Fruere

Fruere igitur hoc meæ in te benevolentiaæ mnemosyno : et si
enim hosce conatus meos tuis haud esse pares meritis non me
lateat , adeò tamen singularis tua mihi cognita perspectaque est
comitas, vt te potius voluntatis optimæ, quam operis præstigi ratio-
nem habiturum certò mihi pollicear. Vale & viue.

Appr

Approbationes Doctorum.

JOANNES CLAVDIUS DEVILLE in S. T. Magister, S. Pauli huiusc
Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diccesi ab Illustrissimo
Cardinali DE MARQUEMONT Reuerendissimo Archiepiscopo in libro
rum Censuram incumbere iussi: fidem facimus nos **COMMENTARIA IN**
APOCALYPSIN S. IOHANNIS APOSTOLI, Auctore R. P. CORNELIO
CORNELII A LAPIDE è Societate IESV, vidisse, atque omnia iuxta Ca
tholicæ, Apostolicae & Romanæ Ecclesiaz sacra documenta, Sanctorūmque
Patrum sanam doctrinam in illis eruditissimè exponi. Lugduni apud S. Pau
lum 14. Calendas Octobris 1626.

DEVILLE.

COMMENTARIA ista quæ in APOCALYPSIN S. IOHANNIS APO
STOLI prodeunt à R. P. CORNELIO CORNELII A LAPIDE elaborata
legi, & digna prælo iudicauit, quippe quæ nihil habeant quod in fidem
vel in bonos mores pugnet. Actum Lugduni die 17. Septembris 1626.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

Facultas R. P. Provincialis Provincia Lugdunensis.

SEGO STEPHANVS CHARLETVS Societatis IESV in Provincia Lug
dunensi Præpositus Provincialis, iuxta priuilegium eidem Societati à
Regibus Christianissimis HENRICO III. 10. Maij 1583. HENRICO IV.
20. Decembri 1606. & LVDOVICO XIII. nunc regnante 14. Februario 1611.
concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab hominibus
nostris Societatis compositos absque Superiorum eius permissione impri
mant: permitto IACOBO PROST Bibliopolæ Lugdunensi, ut opus quod in
scribitur, **COMMENTARIA IN APOCALYPSIN S. IOHANNIS APOSTOLI**,
Auctore R. P. CORNELIO CORNELII A LAPIDE, è Societate IESV,
ad sex proximos annos imprimere ac diuendere possit. Datum Lugduni
ultimo Octobris anno 1626.

STEPHANVS CHARLETVS.

INDEX



COMMENTARIUS IN APOCALYPSIN S. IOHANNIS APOSTOLI.

PROLOGVS.



APROPHETA & Euangelista veteris testamenti, ab Iuda inquam & Prophetis praeis, transfo ad Prophetam & Euangelistam noui testamenti, ad S. Iohannem dico, qui unus exstet in lege noui Propheta, non imitator veteris, sed lucis & veritatis Euangelicæ, critique Prophetæ viisque ad finem mundi. Vlma enim, finisque mundi ipse ex alta prophetice specula emulsius prauidit & prænuntiavit. Quinimodo S. Iohannem in fine mundi reditarum & prophetarum, Doctores et graues olim, & nonnulli hocce etiam sculo opinati sunt. S. Hippolytus enim Episcopus & Martyr, qui ex Arabia deuotionis ergo, ut lumen Apostolorum viceret, Romanum veniens sub Seuero Imp. ob lingualiter detinendam & sanctificandam a Callisto Papa detenebas, & creatus Episcopus Portuensis, molta præclaræ scriptiæ inter alia Canonem temporis, qui etiamnum exstet excusus in statua eius marmoreo, insigne & ingenuo, que scriptorum eius merito illirecreta visitur in Bibliotheca Vaticana, ac tandem ab Ulpiano Iusticonfutato, acri Christianorum hoste, capitis damastrus, gloriolum obiit martyrium anno Domini 219. Hippolytus, inquam, lib. de Consummatione seculi, scribit S. Iohannem cum Henoch & Elia veocenter, ac contra Antichristum depugnaturum. S. Hippolytus fecerunt sibi super Ambrosius Catherinus tract. de gloria Christi consummata, noster Alfonius Salmeron, & propendet Sebastianus Radulius in illud Iohan. cap. 11. v. 23. *Sic eum vobis manere donec veniam.* Hi enim censent, S. Iohannem instar Henoch & Elie nondum esse mortuum, id est quod habere corpus mor-

A tale, predicturum contra Antichristum, & ab eo martyrio afficiendum: interim tamen per Dei dispensationem iam videre Deum, eoque frui. Probant ad Primum, ex ipsomet S. Iohanne Apocal. 10. v. 11. vbi audit ipse a Deo: *Oportet te iterum prophetare Genibus.* Si iterum, inquit, quando, nisi sub iterum Christi aduentum? Secundum, ex eius Euangelij c. 21. v. 23. vbi ad Petrum Christus de Iohanne dicit, & statuit: *Sic eum vobis manere donec veniam.* Ergo, inquit, manebit Iohannes in vita hac, doceo veniat Christus ad iudicium. Tertio, Tertio. quia corona martyrij Iohanni sequitur, & ex ceteris Apostolis debetur, & vero promissa est a Christo Matth. 10. v. 23. *Calicem, ait, meum bibet.* At haec tenus ipse Martyr non fuit. Flet ergo ab Antichristo. Denique decet, vt siue Iohannes Baptista præauit primum Christi aduentum, ita Iohannes Euangelista præauit secundum.

B Verius S. Iohannem esse mortuum asseverant S. Hieron. Euseb. & veteres penit omnes, immo tota Ecclesia, que S. Iohannus quasi mortui, & in celo iam cum Christo, instar aliorum Beatorum, gloriosus regnantis festum celebrat, eumque publicè in Litaniis, & quod ac alios Sanctos, colit & invocat. Accedit, quod in Concilio Ephesino iubentur colligi reliquias SS. Martyrum, maximè vero Iohannis Theologi (qui fuit Apostolus & Episcopus Epheli) ac eauriudem reliquiarum meminit Calestius Pontifex in epist. ad Concil. Ephesinum. Si reliquiae eius existant, ergo mortuus est.

C Quod ergo cap. 10. Apocal. ei dicitur: *Oportet Ad primū, te iterum prophetare Genibus;* sic intellige, non quod in fine mundi, sed quod sequentibus capitibus, 12. 13. 14. aliisque viisque ad finem Apocalypticos Gentibus cum prophetate subeat, ut de facto uiderit ibi prophetas.

An S. Iohannes
vecent
se contra
Ante-
christum.

Affirmat S.
Hippolytus
&c. sibi.

A Illud

*Ad secun-
dum.*

Illud vero Euangelij eius cap. t. sic enim teste manere, idem est, ac si diceret: Si cum uno teste manere, ut alii codices legunt. Loquiatur enim Chirillus non alterius, sed conditionat, idque ad repetendum curiosum. S. Petri interrogacionem: Dumne, hic autem audi?

Ad tertium. Porro quando, &c quomodo S. Iohannes cal-
cem passionis & martyris biberit, mox dicam.

Propheta ergo dumentata est S. Iohannes in Apocalypsi, quam iam quartò docendo & commentando orditi, & Deo dante totam explicate destino.

Sublimata
Apocal.

Quanta sit sublimitas & excellencia Apocalypses per alios Scripturis canonicas, ex tribus maximis capitibus estimari potest.

Primæx
missia,

Primum est materia. Sic ut enim S. Johannes in

Evangeliu catetria tribus Evangelistis ansecellit, et quod ipse penè solus ex professo agat de Christi dominante, de Verbi origine, de procelatione & spicatione Spiritus sancti, de Sanctissima Trinitate, de eiusdem unitate, relationibus, attributis, & similitudinibus ex eo Partes omnes penè argumenta contra Arianos, Sabaculos, Seruianos, Macedonianos, &c. sequi ad Scholasticis.

totam materiam de Trinitate , deque Deo trino & uno haecfuerit. Ita hic in Apocalypsi idem ipse Dei in celesti throno residens, Agni ab origine mundi occisi, Spiritus S. multorum & multiuarum maiestatum , angelorum & Beatorum veneracionem, praedictiorum signationem , Matrycum & Virginum gloriam ; turtur futura Ecclesiastis persecutiones , successus & triumphos ad Antichritum & finem vixie mundi, Babylonis exceditum, Henoch & Elie predictionem & martyrium, Gog, Magog & Antichristi interitam, exter- na gehennae supplicia, Ierusalem caelestem gemitus & auto raditatem, viuis coloribus depingit ac quasi corporata & presentia oscula spectacula subicit , ut celum palmo metiri , ut ar S. Cy- tillius praefatione in Euangelium Sancti Iohanni , ac humanae humiliatiae in altissima pœnula videatur. Quocicuta Sanctus Hieronymus lib. 9. in Iacob lib. finem, alleli Apocalypsin mordet. Ecclesia Sacramenta contexere. Ac S. Dionyius Eccl. Hierach. cap. 3. par. 3. Arcanum istum inquit , ac mysticam immis tamen dilecti dys- puli , diuinumque Domini legi & doctrinam Testi- logram , quia Dy fieri mereor expono, oisque per sacra mysticaria fullolet , arque evanigras. Apoca- lyptis ergo claudit se fe , & Theologie medul- lam , & Christianae Philosophiae ac doctrinam Euangelie quasi onus & animam. In Apo- calypsi igitur iugiter & concinno cum fedent in throno , cum Agno , cum angelis , eum & senioribus , cum sanctis quartuor animalibus , cne- duodecim millibus signatorum ex qualibet tribu Israeli , & turba magna Gentium , cum palmatis Martiribus , cum Virginibus canticum nouarum cantantibus , cum muliere amicta stellis duodeci- em , & lunam pedibus premiente , cum Henoch & Elia , cum sanctis staenibus supra mare viirent qui vicecum beatam habentibus citharas Dei , cantantibus canticum Moysi , & canticum Agni super fulgura & tonitrua in celo eous & terra noua , in Ierusalem nova descendente de celo versabimur , ibique gustabimus lignum vita , Agnusque deducat nos ad vite fontes aquarum , & beatarum mentium beatam vitam bis precipi- mus & prælibemus , eamque audiendo & meditando.

do contemplatur, & amulem tur, quam brevius
Deodice teipila inibimus, vi huc omni bus frumentis
in omni eternitatem. Hoc est quod de
Apocalypsi S. Iohannes ex ore Christi scriptum cap.
1,3. Beatus qui legit & audie verba prophetarum
et servans ea quae in ea scripta sunt tempore enim pro-
pria eius.

Secundum est ordo temporis. Scimus Ecclesiam instar aurorae & solis, succelus temporis creuisse ad perfectum diem cognitionis mysteriorum fidei. Hac de causa scriptores hagiographi noui te-

stamenti, longe clarissimis, luculentissimis, distinctissimis & sublimissimis de his scribuntur, qualem Moses & Propheta veteris testamenti. Ultimus est S. Iohannes, v-

B timus pariter Bibliorum liber est Apocalypsis; vel tam ergo manum & coronidem Euangelii & S. Scripturam Apocalypsi S. Iohannes impoluit. R. L. chated. de S. Victore lib. 7. c. 1. assert. librum hunc nouissimum esse Euangelium, sed in Evangelica doctrinae fiducia voluminosa & formidinosa lucum obtulerit. ac in ipsa S. Scriptura tam ad medium arboris cacumen extensis. Quicquid autem S. Chrysostomus praefat. ita Euangelio & Iohannese apocalypsi. Et hoc quod

Eiusmodi. Sicut omnium est latitans, aut manifestissimum ad
moranum plenos, avevam reddendum sapientia quae tamquam
conservi bona, et qui diligenter & accuratius
excepimus & observavimus iam homines & ter-
raincole habemus deinceps, sed super omnia bona maxima
bona colligentes in angelorum confusione, neque alter
terram quam eadem habemus. Tonitruis enim filium ejus
Christi dilectionissimum, edidimus omnium quae in nobis
fuerunt Ecclesiastem (unde hac de causa loquimur)
mas intet Apostolos, usque ad tempora Traianum
Ecclesiastes textit. qui eadem habet quia Christi es-
tatem bibit & baptizatus in aqua ab aliis est. qui baptizau-
peratus Dominus multa cum fiducia recubuit, non fa-
bulas effingit, non personam incedit, non archetypum
supponit non aureo ornatum vestimentum sed sibi pura
ruris, veritatis deinceps & iuxta & deliciosa, amabiliter
procedunt ut profectus est summae sum eadem ab
eis erubetur, speculatori auditoribusque omnes an-
geli & quicunque homines angelii sumi aut socii derantur.
Hi duxerat eis heros nostrum audire possimus
Ipsius enim angelus Cherubim & Seraphim nobiscum per
Israhelum vocem dederat quia cognovimus. Hoc enim
au Paulus. Ut interceperet Principatus & Potestatu-
bus in celibus, per Ecclesiastem multiformis sapientia
Dei. Hunc enim Apostolos superne admirem
eius animi et pulchritudinis sapientiam & precium vnu-
tus admirantes, per quem ipsam sumi hanciu Christi
sum. Eritis quasi hi, ut quendam preteritis Iepidus
bas aristicus diliniens, auctor pleio addidisse: id
fuerat sibi animam exornando effectus, ut per eam mag-
num & altum gloriam perfumes. Hoc & plus
S. Chrysostomus patrum ex loco.

Tertium est Auditor. Sandus Iohannes enim
venerus omnium Sanctorum coronas meruit, lau-

Eteam Lectorium, illatam virginum, rotemque
purpleam Martyrum. Nam rurum ipse Theologus
etiam Theologorum vertex, ipse Patriarcha, ipse
Propheta, ipse Apostolus, ipse Evangelista, ipse

factos, ipse Pontifex, ipse hierarcha, ipse virgo
ipse martyris, ipse angelus, non natura, sed unitio
et virtute. Hinc cap. 19. vers. 10. videns angeli
lum fulgidum, volensque eum adorare, audi-
uit ab eo: *Vnde te fecisti, semper mecum fuisti. Vix-
go, iustum, per omnem vitam, qui vires
Iesu & Sancti Petri, qui coniugati fuere, prece-
lit. Sanctus Iohannes enim nec in nuptiis Car-
gallae, de quibus Iohannis 3. ut alii mutari*

Secondo, ex
ordine im-
porti.

Terüh, et al.

S. Ishaene
haben am
des Sandu-
chens

In Apocalypsin.

3

nec alibi tamquam vxorem duxit, sed virgo ad Christum accedit, virgo permanebit, ut S. Iohannes. August. & passim vetes docent. Illibatum ergo adolescentem florem ad Apostolatum vocatus Christo obnubilat, obnubilatque confertus in quo cœta cum allarum virtutum, tum huius præfectorum angelicæ puritatis merito, Iohannes vocatur & fuit dyspepsus ille quem diligebat Iesu qui transfiguratus, & secretoribus omnibus eius arcans & miraculis interfuit, qui in ultima coru super pectus Christi recumbens, ex eo omnem sapientiam fuxit, nemirum virgo virginem dilexit, virginis virgo sua fæceta credidit, atque arcana & abscita à consti-tutione mundi reuelauit; quia & mortalis virginem matrem, quia depositum charismatum, virginis commendauit. Beatus mundo cordi, quamvis ipsi Deum videbant, tam in hac vita per fidem, quam in altera per speciem.

S. Iohannes
sicut Pauli
Martyr,
qua in fer-
uent oculum
concedit.

Martyr dixi: quia esto ceruicem Iohannis, quæ ac Pauli, carnifex non amputari, longum tamen ipse pro Christo martyrii subiit, tum in oneri vitigam cum à Dominiano Imp. in insulam Patmos relegatus, insulanos enimes ad Christi fidem conuerterit, tum denique verè & propriè Martyr exsilit, cum hic Romæ ante portam Latinam, eiudem Domitianus iussi in dolium fetucenti olei immisus, mortis agonen obiret; sed miraculo ex eo illatus, pulchrior & vegetor egressus, quasi à morte rediuius surrexit. Iciliere quia virgo etat, instar trium puerorum in fornic Babylonie, ab igne vtria ut sed non posuit.

Locus &
modus mar-
tyris.

Exstet hic Roma martyrij eius locus facello insigillatus, in cuius pariete ipse in dolio olci bullentis depingitur, cum hac inscriptione: *Iohannes Corilli Apostoli, Evangelista, Propheta & Martyr, è dolio fermentis olei vegetor exiit. In auro vero parte, hoc inscripta vilanum carmina:*

*Martyris calicem bibit hic athleta Iohannes,
Principio Verbum cernere qua meruit.
Verberat hunc fuisse Preconum, sorifice condit,
Quam ferens oleum lader non valuit.
Condit huc oleum dolium, error ait, capiti,
Quae consecravimus inclusa Roma tibi.*

Vnde patet S. Iohannes tunc pariter fuligineum fuisse, atque ignominia caula atronum relegatum fuisse in exilium Patmos. Tamen ergo Roma martyrii Sancti Iohannis, qualum Sancti Petri & Pauli gloriari potest, & verò debet. *Felix sicut Ecclesia* (Romana) *at Terram, lib. de Prædictis, cap. 36. ex totam doctrinam Apostoli cum sanctoris suis profuderint: ubi Petrus paupi Domini aequaliter, ubi Paulus Iohannes Baptista exura reveratur, ubi Apostolus Iohannes postquam in oleum ignem demissus, nubilus paupi est, in insulam relegatur. Atque hic est calix, quem Christus ei propinquit dicens: Calicem quidem meum bibetu. Quocirca Tertius, & aliis veteres Iohannem appellant Martylem. Quin & ipse Iohannes Apocal. t. v. 9. Ego ait, Iohannes frater vester, & participis in tribulatione & regno, & patientia in Christi Iesu: fui in insula, que appellatur Patmos, propter verbum Dei, & testimonium (græc. μαρτυριον) Iesu. Tacco Martylem fuisse, quando cruci Christi afflitum cum Virginem matre tum Christi, tum sua, & doloris gladio eius non corpus, sed animam penetravit, ut Christi dilecti simò iam fratri sui, mox enim insimilis compatiendo & commoriendo sentire videbat enim vitam suam mori in cruce. Ibi ergo cum fuso Christi mortuus est. Vnde S. Bernardus in La-*

ment. B. Marie, Iuquent de ea & de S. Iohanne, cùm cruci Christi afflarent, & illa huic quasi mater filio à Christo commendaretur: *Dum hic, alt, pacca dixerit (Christus) illi dñe dilecti lacrymas fundere non ceſtabant. Tacebant ambò illi martyres, & pra nimis dolore legu nec pavabant. Illi dñs origines audiebant Christum vocem ranea & feminina leguntem, ipsam videbant paulatim merent. Erat vox Amabat fieri, & flebant amarit. Amare & flebant quia amari dolabam. Nam gladius mortis Christi annas errans, transfibat. Transfibat serum, serum perimebat sternitque.*

B Postò inter quatuor illa sancta animalia Cheturum nuncupata, curvissimum Dei stipantia, quem videt Exech. t. & S. Iohann. Apoc. 4. S. Matthæus homini, Marcus leoni, Lucas boui, S. Iohannes rebo aquilæ comparatur. Quia sicut illias alios Prophetas, ita S. Iohannes omnes Euangelistas sublimatae supererunt, & quasi aquila alcestissimæ in celum se liberat. Moës retum creationem & Pentacuchum à principio mundi & temporis ordinet dicens: *In principio erat Verbum & Deus celum & terram. Similiter, sed aliis, nimirum à principio, non temporis, sed aeternitatis Euangelium ordinat Iohannes: In principio era Verbum. Atque, quod notata dignum, sequit ac mirum est, videt S. Iohannes adhuc vivens quatuor animalia, & scipsum in aquila representatum in celo empore, throno Dei astantem, ac*

C *inter beatas mentes Deum affidit collaudantem: Sanctorum sanctissimum Dominum Deum omnipotem. Quocirca iure S. Iohanni hoc elogium tribuitus (good nonnulli dant quoque S. Thomas Aquinum) Declarans sanctissimum, & Sanctorum deus dñs noster. Nam virat S. Hieronymus prefat, in Matthæum: Iohannes Apostolus & Evangelista, quem Iesu amavit plurimum, qui supra pellem Domini recumbens parsimonia dorilarum suæcera perarabat, & quod solus de cruce mortuus audierat: Ecce mater tua. Amplius dicit S. Aug. tract. 36. in Iohann. S. Iohannes Apostolus non immersus aquila comparatus, aliis multisq. submersus, alijs tribus (Euangelistis) exercit predicationem suam, & in tunc ecclesie eius corda nobis erigi volent.*

D *Nam exercitores Euangelista tamquam cum homine Dominis in terra ambulantes, de diuinitate eius pax etiatur: ihsus autem quasi pigerit in terra ambulare, sicut ipse exercitus suus sermons invenerat, exire se non solem supra terram, & super omnem ambitum aries & calis, sed super omnem etiam exercitum angelorum, eminèque confititionem invisiibilis patet: atque, & pertinet ad eum per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deum erat Verbum. Hunc tandem problematis principiū etia catena scriptura predicamus, & de Deum dominante quomodo nullus alius est locutus hoc ruciatus quod habet. Non enim sine causa de illa in isto ipso Euangeliō narratur, quia & in conuenienti scriptis Domini discubebat. Deinde postea in secreto habebat; sed quid in secreto bibit, in manuero eructabit, & pertinet ad omnes gentes, non solem incarnationis Filii Dei, paupi & resurrexit, sed etiam quid erat ante incarnationem unicus Patri, Verbum Patri ex aeterno generans, equalis ei à quo misera est. Merito ergo S. Dionys. Areopag. scribens ad S. Iohannem, cum solem Euangeliū indigit.*

E *Denique S. Iohannes cù fratre Iacobo à Christo nomen excusum, cœli Boanerges, s. filii tonstruit, accepit. Claviger ait S. Hieron. epist. 8 q. ad Euagrum, mōs filii tonstrui, quem Iesu amavit plurimum, & de peccato Salvatoru destrinctorum fuit a peccati.*

A 2 Quocirca

S. Iohannes
vide se in
exto specie
aqua.

S. Iohannes
sol Euangeli-

Prolegomena

Quocirca , ut idem sit præfatio in Matthæum, Iohannes peccato ieiunio ; addi ex Metaphysice Baronius, præiuit tonitruis & fulguribus, quasi alter Moies . nouum legi novæ exordium intonuit : *In principio erat Verbum. Iohannes*, ait S. Epiphanius hæc. *haec tenetura filium per proprium suum gravido-potentiam*, tenui ex quibusdam subiectis, a sapientia angelicibus, piam nobis de Filio intelleximus perfugit.

Iohannes
tonitus &
fulmen.

Iohannes ergo fuit filius tonitruis, id est, tonitus, sicut filius hominis est homo.

Rutsum, fuit filius tonitruis, id est, fulmen: sicut caim ex mariis vito ingenti parturitione nixu & dolore excludens & nascitur filius; sic ex vehementi nubium collisione & tonitruis excluditur, & parturient quasi procedit fulmen. Sunt ergo duo fulmina belli facti, non Scipiadæ, sed Zebediae, tuto orbe & quouis seculo romantes & fulminantes.

Hoc eti quod de quatuor hisce animalibus ait Exech. cap. t. 14, *Animalia ibera & reverberantur in similitudinem fulgoris eversantur*. Certe in eius Apocalypsi crebrea eius tonitruis & fulmine audierimus. Fulmineum huius zeli exempli, licet immaturum adhuc, dedit Luce. 9. v. 3, quando Christo, ypotote Iudeo, à Samaritanis reieクト, indignans ac Eliæ zelum induens cum fratre Iacobu dixit: *Dominus, tu dicens ut omnes descendat de celo, & confundatur illi*. Maturus dedit, quando Theodosio-
Cpio Imper. contra Eugenium tyrannum dimicato, oranti, superumque opem imploranti apparuit Sanctus Iohannes cum Sancto Philippo, vestitus eandis, & equo canthido insidens, eique pugnam cum Eugenio editit, ac suam opem victoriamente promulgit, quam & præstis insigni miraculo, tuta hostium in ipsissime retroquens, vt refert Théodore. lib. t. cap. 14. & Nicephorus lib. t. cap. 3. 9.

De S. Iohanne scribit S. Nazianzenus: *Oratio eius pro tonitu, gaudia vita erat fulmen*. Talem nimimum decet clie Praeclarum, talen Doctorem, talen Prædicatorem, vt vita fulgaret, verbo tonet; plus ferat & penetret exemplo quam præcepio: vita eius fit fulmen, & oceano eius erit tonitruis. Tali præ omnibus fuit S. Iohannes Bonnetges: oceano eius erat tonitruis, quia vita erat fulmen. Quocirca ipse quasi tonitruis & fulmen tonum orbem percellendo, cum Verbi sublimitate & incarnatione illuminauit, ciuisdemque charitate inflammatu. Teltin est locum ille longilius & vitemus Chilli à cora, spiritu & ardore plenissimum, quem est sinus Christi excepte, ac in omnium aures & mentes effundit. Euangelij cap. t. 3. 1. t. 5. t. 6. 17. Testes eius episcopio: *Deus, inquit, glorias ei qui noster es charitas in Deo misericordia, & Deus in te*. Tefsis tota vita, quia non aliud voco & opere spiravit, qualem charitatem Dei & proximi; adhuc ut iam planè decepti, cùm in plura non posset vocum verba contexere, per singulas Ecclesiæ collectas non alius dicere, quām, *Fabri, dilectio misericordia*. Ac togatus à discipulis eum idem hoc iugiter ingeminaret, respondit: *Quia præcepimus Deum ei, & si filium suum facias, tunc refert S. Hieron. in cap. 6. ad Galatas. Fuit ergo S. Iohannes Chetub Dei, Benjamin Christi, Deipara adoptivus, Euangelistarum aquila, Apollonorum Machualem, sapientiz abyssus, charitatis incendium, inelegantis miragrus, virgo sine labe, martyris sine morte, amans in-*

ignes, sol Ecclesiæ, delicis fidem, Theologorum vertex, Prophetarum apex, celi fulmen, orbita tonitu, a & a S. Scriptura, secretarius Verbi aeterni, thesaurosum omnium citus opum & chalismatum.

Narrat S. Brigida lib. 6. Ruelat. c. 89. sc perente M. Mathia Suco, commentante in Apocalypsin, penisse à Christo, quis esset anchor Apocalypsis, ac lohamen iustu Christi responsabile: *Ego sum Iohannes, cui in cruce affigilisti manum tuam. Tu Domine inter omnes miseriarias tuas, & ego scripti ad confusorium futuraturus, ne fideles tuos proper futuros casus emergerentur*.

Quocirca in tanta eius sublimitate & spiritu, in tanta profunditate Apocalypsis, ut Beatus hunc nostrum audiamus & hauriamus, faciamus quod fecit S. Gregorius Episcopus Neocaesariensis, ob multitudinem miraculorum cognomento Thaumaturgus, vti de eo testet Gregorius Nyssenus in eius vita, qui cum Origenis etrabundi fuisset discipulus, factusque Episcopus fluctueret de doctrina adeo tunc connoqueret, degue doctrina modo ac methodo, per somnium à B. Virgine ad Sanctum Iohannem hunc nostrum deducetus fuit, qui ab illa ei datus præceptor, Symbolum ei tradidit, cuius exordium est. *Vnde est Deus*, quod celebrat quinta Synodus ecumenica, & tota Orientalis Ecclesia: quo Symbolo pleraque diuinissima Euangelij & fidei mysteria limpide explicat & complecitur. Quocirca hoc Symbolo omnem Gregorio nebulam absterit, omnem fluctuationem suffultit. Idem & nos ab eo identidem effugiemus; nam & ipse lacrymos ac precibus liberti signati, pars Apocalypsis, resignationem & declarationem à Deo impetravit. Hoc est enim quod ipse ait cap. 5. v. 4. *Et nemo poterat negare in celo, neque in terra, &c. aperte liberum, & ego liberum mulsum, &c.* & *vixit de servitibus duci misit: Ne fleatus: ecce sicut leo de tribu Iuda, adiuxit David, aperte liberum, & solvere seipsem signacuta cincta*.

Ita oratio Chrysostomoi (vii habet eius vita) apparet S. Iohannes cum S. Petro, vestibus albis, & asperita angustiore quam humano, cunctaque manus apprehendentes dixit: *Sicut a Christo misi ad trascopum librum dominum tuum missionem a Deo. Ego sum Iohannes Apollinus & Euangelista, qui capi in petris Dominus reclinatus. Eros libro facili intelliges S. Scripturam, ac à me adiutor tuus in ea expiriæ dignificatus: datoque ei osculo pacis in calum remeatus*. Hac Iohannes ad Iohannem, quem quasi discipulum illuminauit, fecitque Chrysostomum.

Aspicere nos ex alto à aquila caelestis, illuminata tenebris nostraris, aciem inenit acutæ, vt intertoctis oculis iubar celestium sacramentorum in Apocalypsi tua reconditum perficiere & contemplari, aliquid contemplandum proponere valamus. Da, vt sacramenta hæc efficacia, regnū ac sublimis legentes & ruminantes, excitemur ad illustrare obiecendum & amorem Dei nostri, vt tecum ex toto corde, ex rotâ anima, ex tota mente & spiritu diligamus Iesum nostrum; ac vicissim ab eo singulariter diligere mereamur, vt pariter audiamus quod audili & audis: *Hic est discipulus iste quem diligebat, diligere, & in eternum diligere, Iesum. Impera nobis, vt amore Iesu amori vno creaturarum omnium, vepte vanam, exilium, infabilium & caducetur moriorum: quia*

Apparatus
Théodore
Imp.

S. Basili o-
rario erat
tonitus,
qua vita
fulmen.

S. Iohannes
doctor &
Gregorius
Thaumaturgus.

Bilogia S.
Iohannes.

In Apocalypsin.

5

quia ipse pro amore veri amoris nostri, rebus omnibus, vires que sux mori dignatus est. Imperata, ve fecti hoc & exerto amore omnia prospera & adserfa, omnes infirmitates corporis & animae, omnem inopiam, omnes zrumnas, humiliaciones, deflexus, perfections, labores, aduersitates, mortificationes, angustias, quin & mortem ac martyrium generosu sufferamus, imò alacres & ludibundi superemus & transcendamus: quia *seruit ut mors dilectum, dura sic infernum amamus.*

A Quod vt facilis obtingat, impetrat nobis parochium Virginis marie Iesu, imò tua, vt ei dicat Pater: *Mater ecce filius tuus.* & vicissim nobis, *Eccce mater mea.* Ipsa est enim mater amoris nostri; ipsa Iesum in corde nostro pariet. Ipsa est charitas incendiuum; ipsa nos charitate ardentes efficeret, dilectos fratres, imò filios sui & nostri Iesu qui est vita nostra, gaudium nostrum, cor nostrum, subtilis noster, beatitudine nostra, eternitas nostra, Deus noster, amor noster, & omnia.

QVÆSTIONES PROOEMIALES in Apocalypsin.

QVÆST.
L.
An Apocal-
fic Script.
canonica?
Nigra ali-
qua, quid

VERITAT. Primo, de auctoritate & au-
toro Apocalypsis, an nimis sit liber
canonicus; quo, & quando scriptus? Du-
bicant olim nonnulli de auctoritate huius libri.
Marcionites & Alogiani olim, recte Epiphanius libro 2. haec s. i. & nostro seculo Efraim, Luther-
rus & Calvinus Apocalypsin à canone saepe Scri-
peut & recitentur. A suis ergo Patriarchis degenerant Augustinius Marloratus & Beza, quos fe-
quuntur moderni Calvinistæ, qui eamdem reci-
piunt, vt ex ea probem Romanam Ecclesiam ef-
fe Babylonem, & consequenter Pontificem Ro-
manum esse Antichristum; fed perperam, vt suis
locis ostendam. Ceterum ipsi cornicium oculos
confingunt, atque iniuria cœci, vt Pontifici eruant
oculum unum, sibi alterum, imò vitrumque,
eruant. Eorum enim serum arbitrium, ac si
dilectum solam iustitiam planè destrueret, ac li-
bertatem arbitrii, æquum ac charitatis, aliarumque
virtutum opera & merita, planè adulteret Apo-
calypsis. Dubitantes & nonnulli Catholici. Nam
Græcorum Ecclesia (aliqua scilicet; nam de plu-
ibus contradictione est: natus Cardinales Baronius & Bellarminus) *Apocalypsin non scripsisse;* aut
Sanctus Hieronymus epist. 1 a 9. ad Dardanum, Vnde & Amphiliocius coetus Sancto Basilio in catal. libri. canon. *Apocalypsin, sicut, Iohannes aliqui ipsi inferunt, sed longe plurimi adulterant* D
e p[ro]p[ri]o. Quin & Caius veteri auctori apud Eu-
sebium libro 3, capite 28. Apocalypsin attribuit Cheiroto heretico Chiliauti. Chiliauti enim, sive milianus latum de mille annis, quibus Sanctos post primam resurrectionem cum Christo in terra regnantes parant, errorem hauserunt ex capitulo. Apocal. v. 6. Verum Baron. anno Christi
77. ostendit haereses Chelinti in Apocalypsi con-
futari.

Dico Primo. Apocalypsis est Scriptura canoni-
ca. Est de fide, vt patet ex decreto Concilii Ro-
mani sub Damasco, ac Florent. & Trident. Item ex
Ancyrano, Carthaginensi III. & Toletano IV. Rursum ex Innocent. I. epist. 3. ad Exuperium, Gelasio, S. Augustino de Doctrina Christiana, Cassiodoro, Isidoro, & aliis qui canonem libri
rum canoniconum perteneant. Hi enim omnes in
e nominant & collatent Apocalypsin. Quocun-
cta veteres Apocalypsim citant, vt librum canoni-
cum sit faciunt S. Dionysius, Justinus, Irenæus,
Hippolytus, Clemens Alexandrinus, Athana-

B sius, Chrysostomus, Epiphanius, Cyprianus, Hilas-
tius, Ambrosius, Augustinus, & alijs quos citat Pe-
terius. Vide inter alios Cardinales Baronum
anno Chilii monachismo septimo, & Bellarmi-
num lib. 1. de Verbo Dei cap. 19.

Dico Secundum. Licet aliqui, inter quos est
Dionyssius Alexandri, apud Eusebium lib. 7. c. 10. Apocalypsin tribuant Iohanni, non Apostolo, sed
alteri presbitero & Christi discipulo, qui inde

Theologos voceret, tamen certum est, Apoca-
lypis auctorem esse Ioannem Apostolum. Huic enim eam atribuens Patres iam ciruati. Nec ob-
stat quid hic sive stilo differat ab Evangelio &
epistola S. Iohannis: quia profusa alia hic est ma-
teria, scilicet prophetia, quae alio stilo scriben-
da est, quam historia vel Ethica. Secundum, non
obstat quid in Graeco hic liber inscribatur, Apo-
calypsi Iohannis Theologia: quia cognomen Theo-
logi appropriatum fuit Sancto Iohanni ob subtili-
tatem eius doctrinae, quia de Verbi diuina-
itate affinitatemque mysticas profundissime differunt. Vnde Theophylactus preface in Evangel. ait:
Iohannes est & Diogenes. Id patet ex epistola B. Eundi, quae inscribitur vi que; & ex episto-
la decima Dionyssii Areopagitæ, quae inscribitur,
*Iohanni Theologo, Apollido & Evangelista exu-
lanti in Patris, in qua inter alia sit: Nulla ad-
seritur nos priuatis Iohannis clarissime radiis, id
quidem conjecturas memoria ac remissione tua
verissima Theologia.* Vnde non immergo opinatio-
nem Aleazar, primum nomenclaturus huius au-
tores, scilicet, qui nomen Theologi tribuat
Sancto Iohanni, filio Sanctum Dionysium. Idem Theologo cognomen Sandro Iohanni attri-
buunt Sanctus Cyrilus, Sanctus Chrysostomus,
Athanasius, Origenes, Damascenus, qui orat, de transfiguratione, vocat Iohannem purissi-
mam Theologiam syriam, & alijs, quos citat Baro-
nus anno Christi 97. pag. 808. Errat ergo
Beza, dum remetit ex stilo diuersitate conie-
dat, hunc librum esse Iohannis, non Apostoli,
sed eius qui cognominatus est Marcus, Actor.

E 1. v. 1. 5.

Potest S. Iohannes non hebraicè, nec latine, nec
sed græcè scripsit Apocalypsin; quia scribit eam
septem Episcopis & Ecclesiis Asia, vt patet cap.
1. v. 4. vnde græcè dicit v. 8. *Ego sum a θεω και ον,*
ego sum Αρχη & Τοπος; quomodo dixisset, si he-
braicè scripisset.

Audire In-
habentes, ob
presbyter,
fed Aquila-
eus.

S. Iohannes
vocatur
Theolo-
gus, cur?

Græcē fer-
tes pro-
cal. cur?

Scripta in Paenitentia & Chilii. Dico Tertiis. Cetrum est Apocalypsin non esse conscriptam ante excidium Ierusalem per Titum, ut volunt Iohannes Annus, P. Salmeron & Henrenius; sed diu post illud. Probarat id Petrus, quia concipiuta est post relegationem S. Iohannis in Patmos, ut ipse ait cap. 1. v. 9. huc autem relegatio facta est a Dominiiano, qui regnauit post Titum euerorem Hierosolymam. Secundò quia cap. 2. v. 13. facit mentionem Antipe Martiris. Antipes autem passus est sub Dominiiano, ut habeat Romanum Martyrolog. t. 1. Aprilis. Quocirca pariter certum est. S. Iohannes scripsit Apocalypsin in Patmo, dum ibi exiluit sub finem imperii Dominiiani, namcum sub annum Christi 97. qui imperii Dominiiani fuit 14. & penultimus. ita Iren. lib. 5. sub finem, S. Hieron. & Euseb. in chronicis, item Petrus, Andreas, Aretas, Alcazar, & alij feribentes in Apocal. 1. vers. 9. ac Baronius anno Christi 97.

Hinc patet Petrus, Apocalypsin scriptam esse virgininque annis post excidium Ierusalem. Exclusa enim est anno Christi 72. Apocalypsin autem scripta est anno Christi 97.

Anno Fian-

gelium. Pater Secundò, Iohannem scripsisse Apocalypsin antequam scriberet Euangelium. Hoc enim scripti reveritus ab exilio Patmos, ut docent S. Hieron. in Catal. Script. Ecclesie. Euseb. lib. 5. hist. c. 24. S. August. & Beda procerum in Euangelium S. Iohannes: nimirum scripturam Euangelium sub anno Christi 99. (biennio post Apocalypsin) qui fuit anno Neronis, post Dominiianum imperantis, primus, quo etiam anno interius magnum ille, sive Philadelphus sive magus, certe magnum orbis impensis, Apollonius Thyanus, cum quo Iohannes in Asia, aequaliter ac Roma Petrus & Paulus cum Simone Mago, congregatus, cum profrauit, ac Euangeliis suo quasi fulmine affluit.

Johannes monumens & status. Denique biennio post mortuus est S. Iohannes, scilicet anno à incarnatione Christi 10. ab eius passionis 68, qui fuit Trajanus Imperator a. d. auctor agenter annum 97. 10. 6. vt vult S. Hippolitus. libde Consummacione facili vel, ut alij, 99. vel potius, ut D. Baro. 93. Cygnatus ergo hic quasi vocem edit S. Iohannes. Quocirca concludens Apocalypsin penè cum vita, ad amorem suum suspirans, fuisse ibid dulcior caritatis. *Veni Domine Iesu.*

Quæst. II. Quæst. Secundò, quid sit argumentum, quæ materia Apocalypses? Mitte hic variante In-
Quod est terpetus.
argumentum Apocalypsis.
Prima fide.

An nomen Iehous fit hic notat. t. decem rationibus contendit, nomen Iehous idem profus est cum eo, qui est, qui venit, qui erat, qui futurum est. Nomen enim Iehous compositum est ex quatuor hisce vocibus, non non non iudeo hebreo, id est, qui erit, qui est, & qui fuit. Singulas enim litteras nominis Iehous unam ex hisce distinctionibus per compendium & crasis significare, id est dico hoc nomen infabilis & tetragramon. Sicut Machabaei nomen confitatum est ex initialibus literis versus Exodi 15. 11. *Micmaccha hadim Iehous.* id est quis similitus in fortibus Domine? Sic Latini Spurios dixerunt, quod illi literis S.P. id est sine parte notarentur, ut telluris planetarchus in questi Romanis. Sic in cruci Christi sepe scriptum videmus L.N.R.L. id est, Iesus Nazarenus rex Iudeorum. Sic veteres Romani scribabant S. P. Q. R. id est, Senatus populiisque Romanus.

Vero hoc symbolicum est & cabalisticum, non literale. Literale enim nominis Iehous significatum est, qui est, vel qui era. Deducitur enim à radice iudeo hebreo, id est, qui venit, qui ostendit. Exodus 3. 14. Praesertim, quia littera Iehous distinctionibus alterius nominis non est sequitur respondent. Nam in Iehous sunt quartus littera, cum iudeo hebreo, tantum sine tres distinctione, non quartu. Primitus enim vera est dictio, non dura. Sic quoque haec tria non respondent ex ordine tribus epithetis S. Iohannis. Nam primum est, qui erat; ultimum, qui venit, est. In iudeo vero haec ultimum primum est, qui era. Ultimum, qui fuit: licet ad hoc respondeat Alcasar notat. 3. id est studio est factum à S. Iohanne, ut significaret Deum, qui Moysi & Prophetis erat futurus, id est, venit, redemptor, iam in legge noua adesse, et quae praesentem. Vnde Moses in Iehous incipit ab eo qui era, Iohannes vero ab eo qui est. Verum quae cumque fuerit mutationis causa, hinc saltem liquet, hoc nomine non planè idem esse cum nomine Iehous. Itaque Iehous, id est, qui est, idem est cum eo, qui est, qui era, & qui venit, est, non litteris & etymo, sed signifi-

catione & sensu. Nam qui est, significat eum qui semper est, & qui habet constantis, immutabile & aeternum esse, hoc est, eum qui est, qui erat, & qui futurum est. Faustus Arabicus, qui sic verit, ob ille qui est, & qui existit, & qui futurum est.

Rursum, Alcasar notat. 2. docet nomine lehoua representari mysterium S. Trinitatis. Tres enim substantiae per triplicem verbi substantiam repetitionem denotantur: unitas verbo essentia per coniunctionem copulatiuum. Itaque id est, referit ad Patrem, cui attribuitur potentia & gubernatio, quae futurum spectat: Filiu, referit ad Spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas, quae prima oenam fuit ratio, que Deum induxit ut le creaturis comunicaret: Et filius, referit ad Filium, cui attribuitur Dei sapientia, quae futuris & presentiis praefens adhuc, & omnia in sua aeternitate interne praesentia. Insuper, sicut in hisce tribus non variatur essentia significatio; haec enim tria, erit, est, fuit, sicut sunt derivatae verbi substantiam suam, ita eiusdem essentia significacionem retinunt, sed eam tantum per tempora inflectunt & modificant. Ita eadem essentia deitatis est in tribus personis.

Hoc pariter vera sunt, sed symbolica & quæ ac pietate, non literalia.

Ctertiu, idem notat. 3. notat nomen Iehous, id est significet Dei essentiam & substantiam, posse tamen quoque ad prouidentiam eius opera referri. Nam id est, significat quod Deus suis operibus initio dederit: id quod ideo daturum est progressum: erit, quod ideo daturum est perfectionem.

Per hoc ergo tria significatur, Deum fuisse principium Ecclesie, & ab eodem esse eiusdem progressum, ac similiter forte consummationem. Hoc est, quod subdit v. 8. *Ego sum a deo, principium & finis, dicit Dominus emanatus, qui est, & qui erat, & qui venit, est.* Hinc Moraliter, hoc nomine fidei cuiuslibet exordiencia est spes. Nam, vt a S. Aug. sentent. 3. de Ascensione: *Fidelis qui quis cum iuncta persecutori, per ea que croyerat prestita, discas sperare promissum, ac Dei sui patrem, profectus inque bonitatem, quasi futurorum impar cautionem.*

Dicit *venit, ponit*, quoniam *futurum*, ut significet venturum Deum ad iudicium, id est breui (vnde Syrus vertit, & qui venit) quo Domitianum, & aibos fideliem perleccores puniri & damnabit: fideles vero ipsos & martyres liberabit, glorificabit & coronabit, ut hac ratione animet eos ad confitendum.

ENota. *ut venturum est* propriè competit Filio. Filius enim propriè venturus est, & iudicatur orbem (vnde Patres ex hoc loco cogita Ariannos probant. Filius vero è proprie est Deum.) hic tamen attribuitur Deo in communione, ac confequenter tam Patri & Spiritui sancto, quam Filiis: quia tota Trinitas veniet, ut iudicium petat, & iudicetque mundum non per se, sed per hominem Christum.

Denuo Deo propriè competit, id est. Eius enim aeternitas semper est praesens, subique constantis: dicitur tamen etiam fuisse, & fore; quia omni tempore praesente & futuro communiteratur, illudque ambi & complectitur. Ita S. Aug. lib. de vera & falsa religione c. 49. & Nazianz. orat. 43. Quin & Plato in Timaro: *Quis erat antiquus, & erit, quia non tempori species sunt, non rei aeternae substantiae affiguntur. Dicimus enim de illa Et, Era & Era, sed reuera solam esse competrat.*

An Ihesus
figuram
& Transu-
tum?

Ihesus na-
tus
Primi,
effigies,
Secondo,
procedens
deum.

In Apocalypsin. Cap. I.

15

Septem Spiritus Dei, qui

*Et à septem spiritibus, qui in confecto thronum eius sunt.] Quares, qui sunt hi lep̄i spiritus? Resp. Primo, Aretas, Prima, Haymo, Beda, Rupert, Anlbetus & Thom. Angl. intelligentes septem dona Spiritus sancti, id est, ipsius Spiritum sanctum, qui est auctor septem donorum. Non enim à septem donis, sed à Spiritu sancto suis hic pacem & gratiam precavatur Iohannes. Sic & Eucherius in questiōne, noui testam. quālit. vltima: *Hic lep̄e spiritus, inquit, sunt, quos & Propheta Igitur c. 1. v. 3. annoverat, spiritus sapientia & intellectus, spiritus consilii & pietatis, spiritus scientiae & virtutis, spiritus timoris tuus Dei.* Hic sensus placuit Marlorato & hæretici. Verum si potius dixisset Iohannes: *Et à Spiritu sancto.* Adde, hunc sensus esse mysticum, videlicet annoceauerat Petrus Galatinus hic: *vt talis ergo admittit poetæ. Nam ad literam hosce septem spiritus, etiā septem angelos, patet rūm ex iis quae mox afferam, rūm ex eo quid dicantur stellæ ante confitēlum Agni, vel ihu. Hoc autem est angelorum, qui sunt administratōrēi spiritus Dei,* ut patet cap. 5. 6. c. 1. 5. ver. 1. & 6. cap. 16. 1. c. 17. 1. cap. 2. 1. 9. cap. 3. 1. cap. 8. 2. Vnde per spiritus hostium intelligentes angelos, Clemens Alexand. lib. 6. Strom. in fine, Aretas, Lyranus, Peter. Rabera, Emmanuel Sà, Setarius & alij mox citandi; & ex hæretici Bæza, Tremellius & Iunius hic, Franciscus Daudin in defensione suarum thesiū apud Faustum Socinum pag. 45. & ipse Socinus pag. 46. Vnde*

Secundò, alijs passim per hos septem spiritus accipiunt angelos, sed varie. Nam aliqui, vt Lyranus, Hugo & Dionys. per septem spiritus intelligunt omnes angelos: tepeñacium enim est symbolum uniuersitatis. Alij proprii accipiunt septem angelos per se, ut septem spiritus Ecclesiastum, ad quas scribit hic Iohannes. Verum

Dieo, bosce septem spiritus esse septem primarij angelos, qui assūtūt Deo, quasi spiritores ac primores regni ipsius, parati ad omnē imperium Dei, vel per se, vel per alios inferiores, angelos exequendū, peccatum in cura & administratio ne hominum. Hi enim vocantur & sunt spiritus administratōrēi, Hebr. 1.

Id ita esse patet, Primo, ex cap. 5. 6. vbi iudeo septem spiritus vocantur septem Agni cornua, & septem oculi, id est, vigiles æquæ ac robusti administratōrēi Dei: *Qui, sit, non septem spiritus Dei misit in omnem terram.* Ergo sum angelus: hoc enim est mitti: inibi angelus idem est quod missus, pura nuncius & legatus. Vnde Zachar. 4. 10. hi septem spiritus vocantur *septem oculi Domini, qui dñe*cent in universam terram,

Secundò, ex cap. 8. 1. vbi expressè vocantur angelii. At enim: *Et vidi septem angelos stantes in confiteū Dei.* Ex cap. 15. 6. Existunt septem angelii habentes septem plaga.

Tertiò, quia Tobit 12. ver. 15. ait Raphael: *Ego sum unus ex septem, qui agitamus ante Damnum, scilicet proximè, quasi prijori à rege & summo orbis gubernatore.* Nam aliquoi millia milia assūtūt Dei, vt ait Daniel cap. 7. 10.

Quarto, quia similiuntur septem angelos prepositos esse septem planetis, docent Rabbini Hebreorum, & multi Chiesianorū Philosophi & Theologici. Audi Tribenitum initio libro, quem scriptit de Septem intelligentiis orbib⁹ motuientibus & regenibus, ad Maximilianū L. Imp. Veterum ait, *septem est, multum hinc inferiorē ordinatione primi*

A intellicimus, qui est Deus, per secundas intelligentias gubernari: quoniam opimam Conciliariorū medievalem affirmans, dicit septem planetū septem spiritus a principio eadi & terra esse praefatas, quoniam usque quaque mundi gubernat anno 354. Huius positionem complures variis delictissimi probaverunt consensus. Verum me tristis subdit Tribenitum: *Confiteor quod in his omnibus nihil credo, nihilque admittit nisi quod credat Ecclesia Catholica catena ex vana, confusa & superflua res.* Multū enim multa adducent, eaque vana & superflua, in modo heterotica, quales sunt nubes Saturni apud Epiph. hæc a. 5. qui nominavit mundum & quod eo continentur, à septem angelis esse producta. Insuper, an septem planetarum angelū cum hisce septem spiritibus iidem sint, valde dubium est. Nam hi nulli sunt in omniem terram, illi planetarū sunt affident, eisque rotant. Sed sicut ibi sunt septem, ita & in terra, que planetis hisce subiecti, congruit esse septem angelos praefides.

Confirmatur Primo, quia Christus stupans hisce septem angelis clarissimis, subinde corporaliter apparuit Sanctis, vt S. Sebaldiano, dum cum animalium ad instans martyrium, id estque miro splendoris cum circumfudi, & pallio candidissimo per septem hostem angelos eum amicuit, vt habeat Acta S. Sebaldiani, fideliter grauebreque à Notariis Rom. conscripta, quæ citant probanteque Ado, Viardus, Baron. & alij.

C Confirmatur Secundò, quia pariter diabolus hostis Dei, hisce septem angelis ex aduerso oppugnat septem demones, quos eum septem capitalibus viris præfessis tradit S. Antonius apud Athanasium, & Serenus apud Cassianum collat. 7. c. 17. & ex his Serenus Tobit 5. v. 8. quālit. 6. Licet id alij negent, præterneque quoque demones ad qualibet virtutis homines tentare.

Quintò, quia reges Persarum totidem habebant principes. Nam Afluerus, vt dicitur Esther 1. ver. 14. habebat septem ducem Persarum atque Medorum, qui volebant faciem regis, & prout post eum residere solisi erant. Hi autem reges in hoc imitari sunt Deum, Deique prouidentiam. Nam, vt ait Ariost. (vel quisquis est auctor) lib. de Mondo ad Alexanderum, post medium, & ex eo Apuleius, maiestas & gubernatorum regum Persarum fuit imago divinae maiestatis & prouidentie. Idem docet liberulus de Regio Persarum principatu, ex aductis Barnabæ Briloni fol. 6. 4. & 6.

D Atque hec est causa, cur in S. Script. horum septem angelorum non habet mentio, nisi postquam Hebrei in capitulitate fuerunt, ibique in aula regum Persarum & Medorum, holce septem primos regni principes confixerunt. Tunc enim ei resuelatum fuit, instar illorum esse totidem Dei principes in aula cœlesti. Excipe Tobiam, qui diu fuit ante Cyrum & reges Persarum, ac à Raphaële cap. 1. 1. didicit holce septem esse in celo. Tobias enim, à Salmanasar fuit abductus in Assyriis. Non constat autem, an Assyrii principes septem ueris habuerint in sua regia, vt habuerint Persi.

E At his ergo septem angelis, quasi ab administris Dei, non autem quali ab auctoribus, gratiam suis postulat S. Iohannes: qui enim in aula regis habet gratiam & favorem principum inimicorum regi, habet & gratiam ipsius regis. Hinc dicimus: *Maria mater gratia, mater misericordie.* Et, *Nec calpus filiorum, mōris fac & cœsū, non donando, sed impetrando mansuetudinem & caritatem, sequit ac calparum solutionem.* Pari modo cum B 2 Iohan

Resp. fuit
septē
principes ange
li.

Probarū
primum.

Secondū.

Tertiū.

Quarto.

Johannes ait: *Gratia vestis à septem spiritibus*, hoc ideo rogat hoste septem angelos, ut gratiam illis à Deo impetraret. Ergo eos invocat. Sancti ergo hinc invocationem Sanctorum contra hereticos. Quocirca non tantum significatur hic, hoste septem spiritus afflisteret Deo, ut vult Beza, sed etiam nobis praefit & succurreret, ac, ut magis ope sua succurset, eam à nobis esse implorandam. Insuper, eos esse primarios auxilium ecclesiae. Deo enim afflueret, ut principes suo regi.

Secundus.

Sexto, quia borum septem Archangelorum celebris est memoria in Sicilia, Neapoli, Venetis, Romae, alisque Italiz vrbibus, vbi & imagines eorum alfabeti, quin & opere mozaico exprefſi cernuntur. Neapoli de ictem editus est libellus anno Domini 1594. Panormi, quia vrbis est primaria Sicilia, exar templum septem principibus angelorum dicarum, in quo anno Domini 1516. veruſe corundem effigies repente sunt. Huius templi rector, Antonius Dux, lacerdos pietatis & innocoris vita, Dei instans credulorum admonitus, Romanum venit anno 1517, ut eorumdem cultum ibidem promovet, ildemque Ecclesiam vel inueniret, vel apparet. Quocirca post multas orationes & ieiunia, caelesti lumine illustratus cognovit, Thermas Dioctetianum locum esse septem spirituum ante Deum astantium; utpote in quibus fabricandi laborarent tot corpori angelii, pura quadriginta Christianorum, & de Martiis milia, ad id damnata: in quibus excellebant sepe Martires illustres, nominum S. Cyriacus, Largus, Smaragdus, Sisinnius, Saturninus; item Sanctus Marcellus Papa, & S. Thrasion, qui Christianos in iis laborantes animabam, siveque opibus alebant. Huius reuelacionis, quam biennio post Venetiam primum, postea Roma anno 1515, typis euangeliorum Antonius, mentio fit in eius sepulchro, quo in hinc Thermae ante summi altare erat. Purgatio ergo Thermae, locus anno 1515, à Philippo Archistro Vicario Generali Iulii III. Pontifici dedicatis est B. Virginis angelorum, sive septem angelis flirpare & circumdata. Cümque per bella rursum locus hic negligens & profanatus esset, iterum anno 1515, alia visione significarum est, diuino decreto, Thermae hinc ad honorem septem angelorum, in templum consecrandas esset. Quare Pius V. Pontif. auditis eius rationibus & reuelacionibus, negotium dedit Michaeli Angelo Bonarotii, nobili atquecito, ut formam templi in Thermae hinc delinearet & appararet. Quo facto Pontiff ipse indicito Cardinaliom cœtu, die 5. Augusti anno 1561, coram Cardinalibus, rota curia & populo Romano, pontificibus induitus, Thermae in honorem Sanctæ Mariae angelorum solemnē prece & rito dedicauit, illamque Ecclesiam titulo Cardinalium orosuit, eoque ex Ecclesia S. Crucis in Ierusalem transflati monasterium Patrum Carthusianorum. Eadem postea nouis privilegiis & ornamentis illustrarunt Pius V. & Gregorius XIII. Ita habent Chronica illius Ecclesie, quæ à Patribus Carthusianis accepti & perlegi. Ita pariter rem totam narrat noster P. Antonius Spinellus tract. de Festis & templis Deiparae pag. 690. & Octavius Panzerius in Thesaurus Romæ abſconditis cap. de S. Maria angelorum, & D. Andreas Viatorius lib. de Ministeriis angel. cap. 1. vbi fusi, & quæ ac docti & pīc horum septem angelorum officia per-

A sequitur. In iisdem Chrociis legi, mulcos enigmatos per invocacionem horum septem angelorum ibidem à demonibus suis liberatos. Eoucumdem effigies tum alijs alibi, tum Anuerpiae Hieronymus Wierix nobilis sculpsor incidit & excudit, adeoque una imagine totum hunc Apocal. locum representauit. Unde & imaginis subscriptio est: *Gratia vestis à patre ab eo qui est, & qui erat, & qui venit* illi. Quocirca planè congruit, ut Pafiores Ecclesiastarum & fideles quique, horum, in d. Sancti Iohannis, qui à scripto hinc spiritibus gratiam & pacem septem Ecclesias Alia effigiat, exemplum imitantes, hoste septem Archangelos velut principes aulae caelestis, Ecclesiastum omnium praefides, Dei admissimulos, hominum mediatores & prepositos, peculiari cultu crebè venerentur, colant & innocentent.

Denuo ita de septem hinc spiritibus, scilicet eos esse septem principes angelorum, censem S.

Cyriacus de Exhort. Martyr. & contra Iudeos;

Petri Galatinus in Apocalypsin, qui manucriptus exifta Romæ in Biblioth. Vaticana, Salmeton tomo 3. cap. 3. Iacobus Suarez lib. 3. in Apocal. num. 8. Iohannes Fontana Episcopus Ferrensis, discipulus & Vicarius S. Caroli Borromaei, p. 3. auct. 64. Insuper distret Clemens Alexander. lib. 6. Strom. Septem ait: *aut quorum maxima est potestia, promovens angelorum principes*. Irneus, & ex Actis, Stephanus Weberus de Offic. angelor. cap. 3. num. 8. Fidelis Danielius lib. 1. de Divina propria. cap. 10. pag. 159. Laurent. Massellinus de Virgine lib. 3. cap. 5. Pineda lib. 1. Salom. præmij cap. 3. nom. 17. Riberia, Viegas, Peretius, Maldon. hic, Gabriel Valquez 1. part. disput. 180. nom. 3. Franciscus Maytromis Doctor illuminaris ferm, de creat. animaz B. Virgin. Mater Dennis, ait, *diciunt habentes septem angelos notabilis, qui affluerint riu thromo, de qua non nomen dicuntur B. Raphael & Seraphinus in Tobie cap. 12. vbi & officia horum septem angelorum recenset*.

Dices, Si septem spiritus sunt septem angelii, cui præponuntur Christi? De eo enim sequitur: *Ei à Iesu Christi*, hoc enim rusticum & indignum videtur. Respondeo, Præponit eis Iohannes Christi, quia de Christo homine deinceps continuandus erat sermo. Si Mathæus Daudem præponit Abrahæ, dicens: *Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham*: quia Abraham mox repetendus erat, dicendos *Abraham genuit Isaac, &c.* Postò angeli cum sine purissimi & nobilissimi spiritus, Christo homine, siue humanitate Christi praestant, eumque nature dignitate antecedunt.

Nota, typum & symbolum horum septem angelorum habet septiceps candelabrum Moysi Exodi 43. (septem enim habebat calamus) quod symbolicit, at S. Hieronymus, significabat mundum cum septem plaeuti. Rutrum & potius significabat Ecclesiam, rame militarem, tum triumphantem, cui praefunt septem hi spiritus angelicus. Deus enim plerasque in mundo distribuit per numerum septemarum: si in mundo septem sunt planetæ, in hebdomada septem dies; sic & septem dona Spiritus sancti distribuit, & septem virtutes, postea tres Theologicas, & quatuor cardinales, quibus praefunt septem hi spiritus, ut per eas homines dirigant ad vitam æternam. Ita

Septem angelorum symbolum.

In Apocalypsin.

Cap. I.

17

Ita Nicolaus Scatarius in Tobiz 12.v. 15. vbi addit. aliquots horum septem nomina ita recententur, scilicet Michael, Gabriel, Raphaël, Uriel (qui nominatur lib. 3. & 4. Eldaz) Seathiel (quem colligunt ex Genet. 16.) Ishudiel (quem colligunt ex Ezech. 13.) Barachiel (quem colligunt ex Genet. 18.) Sed ultima quatuor nomina incerta sunt: sola enim tria prima agnoscit & colit Ecclesia, ut asservit Concilium Romanum, cui praeuit Zacharias Pont. quod citatur in vita S. Bonifacii apud Sazium mense Junio fol. 198. & à Baronio anno Christi 745. fol. 179. Hoc intellige, quod Ecclesia plura angelorum nomina non agnoscit, scilicet quae ex Scriptura canonica, ut Ecclesiastica traditione certa sunt. Nam aliquo Vrilius nomen admissit S. Ambro. lib. 3. de Fide ad Gorian. c. 2. Iudiciorum lib. 7. cap. 5. illudque habetur in Mille Mosarabum, quae extat tom. 4. Biblioth. S. Petri, Andreas Cesar. in cap. 2.1. Apocal. Albertus Magnus, Bonaventura, Prado, Sizius Senensis, & alii quos citat Alcazar notat. 4. hic in fine. Zacharias ergo tantum damna magica & confusa angelorum nomina, quæ ab Adelberto haeretico, &c. vt videtur, mago in Concilio illo producebantur. Vnde S. Bonifacius in eo exclamauit, illa diabolum, non angelorum esse nomina. Porro nomina septem angelorum iam recentra diuinis fuisse reuelata B. Amadeo, viro fideiitate, miraculis & prophetis illustri, legi in Chronica Ecclesie S. Marie Angelorum paulò ante circa, idque contingit sub anno Domini 1460. Idem refutat Petrus Galatinus lib. 2. in Apocal. cap. 8. Fuit hic Amadeus illustris famulus Lubetani, qui Dei amore incensus, spem omnibus opibus & fastibus, monitu S. Francisci eius Ordinem amplexus est, illudque reformationem, quam Amadorum vocavit, infideli. Vnde à Lubetano B. Amator, ab Italo B. Amadeus vocatus est. Hinc à Sisto IV. Ponit, in Confessarium electus & ascitus, ab eo obtinuerit monachum aureum, vulgo dictum Montesum, vbi crucifixus dicitur S. Petrus, ibique monasterium sui Ordinis exaltauit, de cuius fideitate & reuelationibus multa habent Chronica Ordinis S. Francisci p. 3. lib. 6. cap. 30. Vbi tamen adductum monachique, eas non extare posse, sed illa varia à variis eis addita. Ego eas Romam diligenter quaui, intenui, perlegi, itaque esse coepi. Reperi nomina septem angelorum ejdem que paulò ante recitavi; sed & ipsorum legi nomilla paradoxa & de falsitate planè suspecta, ut angelorum cum eis empereo diu ante celum & retro creaturam esse: tettam initio mundi creataram fusile materia primam lucem initio mundi creataram fusile sole, & protinde solem non quatuor, ut ait Script. Genet. 1. sed primo mundi die creaturam esse: initio creaturam esse primum mobile & celos planetarum, ac proxime ingress fusile vacuum intermediuim, quod secundo die quo creatum est celum crystallinum, implerum sit: corpus Adae formatum esse à tribus angelis, &c. Addit, opiniones Senci (qui fuit Minorita, vñ & Amadeus) in iis palliis inscripsi quasi oracula, vt non sine causa vir gravis dixerit. Angelus B. Amadei sive Seraph. Verum de nominibus hinc parva est diffusio & queatio, cum de re & personis constet. Angelii enim inter se non habent nomina, cùm se inuicem videant facie ad faciem, itaque colloquuntur; sed ea afflant pro ratione ministerij quod apud homines obeunt. Sic dicitur Michael, id est, qui ut Deus

A quia pro hominibus pugnat contra superbium Luciferum, Apocal. 12. 1. Gabriel id est, fortitudo Dei, qui forma Dei gesta & bella annunciant Danielem, Virginem, &c. Raphaël id est, medicina Dei, qui Tobit excedat curauit. Pari modo dicitur Uriel, id est, fax vel agnis Dei, qui homines Dei cognitione illuminat, & amore inflamat. Seathiel, id est, avunculus Dei, qui pro hominibus orat, illoque ad orandum excitat: Ishudiel id est, consilium vel Iacobus Dei qui homines ad confessionem & iudicium Dei exhortantur. Barachiel id est, beneficium Dei qui beneficia Dei nobis procurat, nōque ad Dei henectionem & gratiarum actionem impellit. Scipio de septem hinc angelorum Principibus, eorumque manūs & beneficiis liberi noster P. Anton. Spinellus Provincialis Neapolit. verum morte praeventus cum absolute & edere non ponuit feruatur is manus typus Neapolit. Porro Salmenton tom. 3. cap. 1. hinc eadem septem angelorum nomina recente & probat, vñ & Laurentius Massellius lib. 4. de B. Virg. cap. 1. Spinellus, Vitoletus, & plures alii iam citati. Eadem cōrum imaginibus a scilicet inveniuntur sunt in templo eorum Panormi anno Domini 1516. cum proprio cuiusque epichoro, hoc modo: Michael seruitor, Gabriel munus, Raphaël medicus, Uriel fortis factor, Ishudiel remunerator, Barachiel adiutor, Seathiel orator, Quidam & emblemata cuique propria appicta videbantur. Michael enim pedibus calcant Luciferum, laeta virentem palmarum gollabat, dextera lanceam, in cuius summo vexillum candidum, rubra cruce intertexta, se hafz conseruabat. Gabrielem scutulum laternam inclusum dextera greebat, sinistra speculum ex viridi iaspide, rubris maculis immixtis. Raphaël sublatam sinistram pyxidem fusilabat, puerum Tobiam dexteram manu ducens, plicem ex ore prehensum gestantem. Barachiel in finu palli abentes ferrebas. Ishudiel dextera coronam ex auro praeferebat, sinistra flagellum tribus nigris funiculis distinctum. Uriel dextera eductum gladium stringebat ante pedes transuersum, à linea prope pedes flamma collectebat. Seathiel vultu oculisque demissi, & palmis ad pedes uexit, pectantis speciem exhibebat. Eadem septem horum angelorum symbola, hinc ut violenter exprefsa, exhibet imago Antwerpia ab Hieron. Wietis incisa. Quocirca hisce tam primitus septem angelorum pulique schematis excutatus Heccus Pignatellus, Comes Montisileonis, Sicilia nomine Caroli V. Imper. Proterex, templum hoc instaurans eranique, in eis Sensu Panormitanum, ac plerique è prima nobilitate ciuibus, Sodalium, quod imperatorum dictum est, septem hinc angelorum Principibus inluminat, cuius ipse patronum pro Carolo V. volens lobentique sufficerit, vt eorum opa ac parochio fulens Imperator, tum pace, tum bello, Panormitanam vibem, adeoque Siciliam vniuersam bene feliciterque moderaretur. Hac exacte ex Actis publicis perfracti nostri Patres Panormitani, fusis ad me perscripti.

Eam vero, an hi septem sine ex summo ordine Seraphim, an ex ordine Principianum, an alio, non constat. Nam Seraphim raro mitruntur: hi autem septem angeli, sive spiritus, discutur misi in omni terram. Seraphim aliudendo iugiter laudant Deum: hi septem afflant Deo, ut excipiunt iusti. Dei circa Ecclesiam, itaque per se, vel alios inferiores exequuntur. Adde, Raphaëlem,

Emblema-
ta.

Ex quo or-
due?

qui virus fuit è septem, S. Thoemas in 2. sentent. A distinxit, i.e. & alij censent, non illæ è summis angelis: quia Tebise affuit per omnia quasi angelus Custos: quoniam de magnis Sanctis non nullus legamus, quod habuerint Seraphinum aliquem imitari angelii Custodis à Deo sibi deportatum. Quocirca hoc sepius angelos esse Seraphinos, alij affirmant, alij negant. Affirmant iam citati Galatinus, Fontana, Salmeron, Viegas, Petreius, & Clemens Alexand. dum eos vocat primogenitos angelorum principes. Sanè Michael & Gabriel, qui in hunc sepius primi numerantur, Seraphini esse videntur. Negant Gabriel Vassalli, Serarius & alii, quorum aliqui volunt eos esse Archangulos, alii Principianos, alij Cherubinos, perferunt quia quatuor illi primores sunt & throni Dei, Ezechiel. 1. Cherubini vocantur, non Seraphini: vide ibi dicta, & Daniel. 7. 10. Vbi docui cordem esse angelos Deo afflentes & ministrantes, omnisque miti, etiam Seraphinos.

Postò ab hunc sepius Angelos Deo abstinentes, Deique quasi Diaconi, Ecclesiæ militans, quæ imitari suet triumphantem, sepius Diaconos instituit Actor. 6. 5. Deinde totidem Diaconos Cardinals posterioribus annis auctoravit. Tondem enim Pontificis olim affilere solitos, patet ex lib. de Rom. Post. in vita S. Euaresti, qui quartus à S. Petri fatus, ut sepius Diaconi Pontifici, inno & Episcopo, prædicantes ac celebrantes assistenter. Superior borum, & quasi Praepositus, vocabatur Archidiaconus, qualis S. Sixto fuit S. Laurentius. His numerum durauit usque ad S. Gregorium Magnum, quando crecente Ecclesiæ alij sepius prioribz additi sunt, ac tandem Gregor. I. I. quatuor alias adiunxit, ita ut vniuersitatem Cardinales Diaconi essent octodecim.

Symbolicæ
septem spiritus sunt
septem virtutes pro-
videntiae
Dei.

Symbolicæ Rupertus, & ex eo Alcazar (licet ipse velit hunc sensum esse literalem, nec sepius angelos cum dictis admittat) per hoc sepius spiritus accipiè sepiem Dei virtutes, sive attributa, in quibus consistit integra prouidentia perfectione (spiritus enim significat id quod occultum & insinuum est in montibus & gubernandi ratione) nimirum sapientia, fortitudine, beneficentia, fortia, patientia, communione & feueritas. Hæc enim sepius ad exactum & perfectum regimem requiruntur & sufficiunt. Nam ad illud requiruntur quoque misericordia & feueritas; hæc enim dum vnam terret, coetet à malo, vel ipsum, vel alium. Hinc ergo sepius dubios homines regit & stabilis Deus. Porro hæc sunt in Deo, funeque te ipsa ipse Deus. unde ab his pacem & gratiam suis precutus Iohannes. Haec ergo virtutes in Deo sunt immenses, nec vnum habent finem aut limitem: id est vocantur spiritus; cum angelos Iohannes in Apocal. passim angelos vocet, non spiritus.

Arte de his sepius diuinæ prouidentie virtutibus, censet Alcazar agi per ordinem in sepiem figillas à cap. 5. usque ad 1. t. id est illas hic in fine, inde dicatoea quasi epistola vniuersum notari & tangi.

Primas quatuor ex hisce virtutibus significant quatuor animalia, quæ figurant currum regis Dei Ezech. 1. Aquila enim est symbolum sapientie diuinæ, leo fortitudinis, bos beneficentie, homo iustitiae. Sic & Pietius in Hietoglyph. lib. 3. & antiquissimum afferit prouidentia Dei picturam, cui in quatuor angulis, quatuor haec nomina inscri-

pta erant: Virtus, amicitia, scientia, felicitas. Vbi enim est virus, ibi est fortitudo: audacia, pertinet ad iustitiam, scientia est sapientia, felicitas indicat beneficentiam. Nam benevolentia magis dñe, quam accipere, Actor. 10. 5.

De hisce sepiem fuit agit Alcazar notar. 5. vbi ostendit eas esse non tantum in Deo, sed & in Christo hoenine, quibus Ecclesia regit, ut patet ver. 8. atque omnes emicentes in cruce Christi. Ibi enim apparuit summa Christi sapientia, fortitudo, beneficentia, patientia, &c. Addit Alcazar eas vocari sepiem lampades, i. quia illustrerunt orbemque æquum ac Deum illustrant: id est que eas spē comparari sepiem planetis. Per Solenem enim significari Dei virtutem & fortitudinem, per lumen agilitatem, per Venetum beneficentiam, per Mercurium sapientiam, per Saturnum paticiam, per Lunam contaminationem, per Martem severitatem, Rurum, hinc sepiem diuinæ prouidentie virtutibus diabolus opposuisse sepiem virtutem capitalia, scilicet Dei sapientia opposuisse superbia, fortitudini acediam, beneficentia inuidiam, avaritiam, patientiam, communione, luxuriam, que ingeniosa eius est speculator.

Portò hæc sepiem prouidentie fuit dores Deus communicat & exercet per angelos, de quibus iam dixi. Itaque hoc exposatio priori subfuerunt, eamque complevit. Septem enim angelii sepiem prouidentie dores habent, exhibent & representant: & viceversa Deus sepiem hæc suas virtutes non immediat per se, sed per angelos exercet & offendit.

Et a Iesu Christo, qui est testis fideler.] Alludit VER. 5.

ad illud psalm. 38. 18. *Tegit in celo fideler: quia Christus verum testimonium apud homines reddidit de Patre, etique consilio & voluntate circa hominum salutem per fidem in Christum.*

Græc enim est, πατέρα εἰσήγαγεν, id est, telis illæ fideler, puti illæ egregius & eximus, nimirum Martyrum dux & princeps, qui pro veritate, quæ constanter predicabat, scilicet quod ipse est filius Deo misericordia, orbis redemptor, atrocissimum in cruce mortens fortissime operitur. Vnde

Syrus tert articulum demonstrativum repetit, emphaticè ita veritatis, *Et a Iesu Christo, qui est testis fideler, illæ primogenitus mortuorum, Iohannes Alba Electorum cap. 100. Testis fideler. Inquit, id est quod princeps aeternus, vnde explicare subdit: Primogenitus mortuorum, id est, rex mortuorum (primogenitus enim olim erant familia & genitio principes regesque) & princeps regum terra.*

Quod enim testis per catastrophem vocetur index & princeps, ostendit Iohannes 1. ver. 4. Verum testis hic proprie sumi, patet ex testimonio quod perhibuit verbo Dei v. 1. Hinc Christus à S. Gregor. Nazianzo. orat. 18. quæ est de S. Cypriano, vocata prima Martyr. & S. Augustino. 1. de S. Stephanico, cognita Martyram.

Primogenitus mortuorum.] Id est, primò testis geni à mortuis ad vitam beatam & immortalem; quicunque fuit causa & exemplar beatae resurrectionis omnium aliorum. Talis enim est filius Christus, nam qui ante Christum ab Elia, Eliesen & aliis à morte suscitatus fuit, resurrexerunt ad vitam mortalem, sive iterum mortuati, ita Ribeta, & Gagneius.

Addit Christo hunc titulon Iohannes, ut Christianos fuos animet per hanc resurrectionis com-

*Biblio. so.
Biblio. so.
Biblio. so.*

In Apocalypsin. Cap. I.

19

Christo spem ad persecutions & tribulations omnes fortiter cum eo preferendas. Christus enim patiens & resurgent est dux & exemplar Ecclesie, & fideliis cuiusque patientis, & est passio gloriose emergentis, ac resurgentis. Vnde ut talem scriptum suis fidelibus proponit vers. 8, dicens: *Fu moriens, & eret iam vivens in seconde secundorum.* q. d. Sic & vobis, & fideles, sub Dominicano, Traiano, &c. morientium est, sed spem & durare, nam viuetis mecum in secula. Sic etiam Christi exemplo suos roborat Paulus Rom. 8. v. 29, dicens: *Nam quis praefuit, & praedestinatione conformes sicut imaginis filii sui, et sic aperte promoventur in multis gloriarum. Vide ibi dicta.*

Et principis regnum terrae.] q. d. Nolite timere Domini nostri, alioquin reges terrae: Christus enim omnium homum est rex & dominus. Ipse omnes compellet, arctare, imo annihilare potest; ac conquequeretur facies vos in omnibus per patientiam & fortitudinem superiores, vt regas fides reges, hic per gratiam & robur invictum, in iudicio extremo vero per gloriam, iudicantes duodecim tribus Israël omninoque mundi principes.

Qui doletis nos.] En delicias amoris Iohannis in Ierusalem, qui eius erat coe & amor. Graecus restus hic, vti & alibi, videtur corruptus. Habet enim in datus, τῷ ἀγαπητοῖς ιψαῖς, id est, diligens nos: datus ergo videtur irreipibile pro nominatio, ita Ribera.

Coacutus tamen eum excusare Ecclasius dicens, hunc dasuum referri ad τὸν σύντομον, supple εἰς Patri felicem, qui dilexit nos & laetus per languorem d. r. id est, eius, pater Christi. Verum Noster apostolus & planus veritatis, in sanguine suo quod ad Patrem referri nequit, sed ad Filium spectat. Sanguis enim Christi est lapis efficacissimus, qui cluit omnia omnium hominum peccata.

Alcazar vero excusae dicunt, hac verba referenda esse ad ea, quae sequuntur, *Ipsi gloria.* q. d. Christo diligentes nos per gloria.

Et feci nos regnum.] In quo scilicet ipse regnet per gloriam, & in futuro per gloriam. Secundò, conquequeretur *fecit nos regnum,* id est, reges, qui hic vinit per virtutes, in futuro morti & malitia dominemus per beatam immortalitatem. Vnde pro regnum multi Graeci codices legunt δικαιοῦ, id est, reges, & ita legit Tertullianus cap. 5. 10. repetens hanc sententiam ait: *Ecclasius nos Deo nolle regnum & sacerdotes & regnabimus super terram.* Alludit ad 1. Petri 3. 9. *Vos gerimus electum regale sacerdotium, genit. familia, populus acquisitionis.*

Quare incepit Lutherus ex hoc loco concordit probare, omnes Christianos esse propriè dictos factores, non mysticos. Sic enim pariter debent omnes esse reges propriè dicti. Omnes ergo Dei cultores vocantur hic factores, sed mystici.

Præclarè S. Gregorius 26. Moral. c. 1. explicans illud lob. 36. 7. *Non aufer à nullo scutes suas, & reges in suo collocat ut perpetuum:* *Bene,* inquit, *viri familiæ diuina Scripturae & testimoniorum reges vacantur;* quia predlati canulæ moribus carnali, modo luxuria appetitus frangunt modis aliis amicitia remperant, modo gloriari elationis inclinavit, modo suggestum luxuri abrumpunt, modo ignis favora exasperant. Reges ergo sunt, quia tentacionum suorum morsibus non contentiendo succumbere, sed regendo præfere noruntur.

Et sacerdotes Dei.] Oferentes scilicet Deo spiritales hostias, vt sit S. Petrus epist. 1. esp. l. v. 1. putat orationes, elemosynas, ieiunia, aliqua pia opera. Secundò, Christus, ait Caeteran, fecit nos sacerdotes, quia in Christiano populo instituit ordinem factordalem, & factores, per quos qualiter sacerdotis offert Deo factam hostiam, & faciens Eucharistie.

Deo & Patri suo.] Loquitur de Christo homine, vt dixi. Christus enim vt homo, Deum agnoscit ut Deum & creatorem suum/ humanitas enim eius creata est à Deo.) cumdem agnoscit vt Patrem suumquaque ratione veniens humanitatis suae cum Verbo, non tantum quia Deus, sed & quia homo, est Filius Dei Patri naturalis, vt docent S. Thomas & Theologi.

Ipsi gloria & imperium.] Supple *fir:* est enim operantis hec vox. Alcazar tamen intelligit *off:* & censet enim hanc vocem esse affirmantibus, q.d. Ex Apocalypses revolutione confit, gloria & imperium tradita esse Christo; quia gloria & imperium aeternum Ecclesie Christiane, quod in ea ipse describitur, ad Christi gloriam & imperium spectat; atque ex Christi gloria & imperio derivatur, quod Ecclesia Christi de suis hostiis triumphabit, & in celo sit in aeternum triumphatura.

Ecce vultus cum rubore.] q. d. Cirò veniet Christus ad iudicium, & iam ipsius propheticus eminus video illum venientem: quia milii in spiritu ad Deum eleuator omne hoc tempus, quod sub eo fluere vultus ad diem iudicij, breue videtur, breuerumque est tempus aeternitatis beatæ & misericordie, quia in iudicio pro meritis cuique affter & infliger. Vide 1. Petri 3. 8. *Cum Christus veniatur sic in rubore & quoddam nubes simbolum aquæ ac velum gloriae Dei, explicui Ezech. 1. v. 4.*

Et subito cum emmis oculis, & qui cum pupillam.] In crucifixione, parà qui cum crucifixione, vñ & illi qui mylifici tam eum crucifigunt in suis membris, Christianos eius discipulos occidendo & crucifigendo. Pro propugnat, Zchar. 1. 16. hebr. ch. 7. 29, dicens, quod non tantum puni, puni, compungere, sed & perfodere ac transfigere significatur, vñ Noster ibidem veritatis.

Hinc videtur, quod in Christo iudice veniente ad extrellum iudicium videbantur crucifixionis infusoës, & vulnera, id est, aperto ut manus unpedum, lateris, sed gloriola & splendentia, vt notant S. Ignatius epist ad Smyrnensem, Cyprianus, de ascensione Chrysostomus, hom. de cruce & latrone, S. Hieron. ad Heliodor. & Suarez 3. p. q. § 9. art. 6. disp. 17. feit. 9.

Et plangent se super eum omnes tribus terræ.] Quia scilicet Christus non obediunt, ideoque damnabuntur plurimi ex qualibet tribu, hinc plangent. Non enim de planctu penitentiarum, quo Iaa peccata plancentur Iudei & Gentiles conuertit ad Christum, hic agi, vt vult Alcazar, sed potius de planctu reproborum & damnatorum patet, rum quia agi de die iudicij, nam quia alludit ad illud Marth. 2. 4. 30. *Tunc plangent omnes tribus terræ,* & videbant filium benemerum in nobis ut calvus; vñ clarum est agi de plancta qui erit in die iudicij: ille autem erit impiorum, non electorum: eum quis alludit ad illud Zchar. 1. 10. *Alpient ad me quem confixerunt:* & plangent eum planctu, quasi super umbraginem. Quem locum licet de plancta penitentiarum explicet Alcazar,

Vers. 7.

tamen S. Aug. 20. Clie. c. 30. Theod. S. Hieron. Rupert. Ribera & alij explicant de planctu impiorum in die iudicij.

Etsam Amos. q.d. Omanno ita erit, vel Amen, Amen. Gracē enim est, rai, rai autem, quod Noster verit̄ etiam, Gracē idem est, quod Hebeatis amen.

Queres, Cur Iohannes hic idem exprimit per se Gracē & per ἡμέραν Hebreum, cum scribat Gracē græcē? Responde, ut significetur rum Gracē, rum Iudeos hinc iudicio fore obnoxios, ac in die iudicij confirmatorios id, quod ipse hic dicit, cum nequa videbunt ita fieri vti hic prædictatur, scilicet quod omnes videbunt Christum indiscere, & plangere. Per Iudeos enim & Gracē omnes gentes intelligi, Iudei enim, ut ipso Deum exolentes, reliquias gentes idololatras vocabant Gracē, olim enim Graci erant retum domini, ut postea Romani. Hinc Paulus ad Rom. 1. *Iudeus primus dicitur.* q.d. Fides Christi à nobis annuncianta est primū Iudeis, deinde Gentibus. Vide ibi dicta.

VER. 8.

Ego sum & tu es. Quares Primo, quis hic loquitur? Alcazar center loqui Christum; quia S. Nazianz. orat. 37. S. Athanas. tract. in illud March. 1. v. 17. *Omnis miles traduta fuit a Parre mī.* Ruffinus in expōit. Symboli, Idacius Claros lib. 1. contra Varimandum, Ptoebadius, Ioseph Sebalius Agennensis in Gallia Episcopus lib. 3. contra Artianos, hoc de Christo accipiunt.

Secundū, quia verbum dicit, designat eum, qui Iohanni Apocalypsi misit: hic autem fuit Christus, ut patet vers. 1.

Verum dico, loqui Deum, prout coenamis est tribus personis, scilicet Patri, filio & Spiritui sancto. Pater hoc conferenti hunc verum cum v. 4. vbi de Deo in communione est sermo: hic enim idem Dei epithetum repetit, additque eundem esse & tu.

Ad Patres resp., eos hunc locum tribuere Filio, non solum, sed equa Filius est Deus agnus, ac Pater & Spiritus filius. Addit, Patres respicere ad Apocal. a 2. 1. vbi de Christo idem exp̄it dicitur. At enim: *Ece nemo citius, ego sum & tu es, principium & finis:* ac mox subiungit: *Ego Iesus, ego radix David, Rutilus ad cap. 8. vbi Christus dicit: Ego sum primus & novissimus.* Quocirca Christiani olim vigente arrianismo, ut le Orthodoxos, non Arrianos prostererentur, in suis ep̄ulicris iniiciabant & a. quā dicerent, Ego credo de Christo, quod ipse de se per Iohannem dicit, scilicet ipsum esse & tu, id est, esse verū Deum, vti est Pater. Id notarunt venustatis frumentores, ut Amb. Morales lib. 1. Hilt. cap. 4. 1.

Nona. Christus si hebreicē, vel syriacē (ut non nulli volunt) locutus est S. Iohanni, ut ipse Hebreus Hebreo, dixit: *Ego sum Alpha & Theta.* Aleph enim est prima, Thau ultima litera Hebreorum. Unde Syrus verit̄, *Ego sum Olaph, etiam Thau.* S. Iohannes tamen, quia Gracē græcē scribebat, pro Hebreis subfinit̄ Gracē litteras, & & v. cāque de causa fortè Christus pariter Iohanni græcē locutus est, dixitque: *Ego sum & tu, quod in aliis melius dicitur: tu es vero Alpha, & tu es Omega.*

¶ N. quidt
Prima Sen-
tencia.

Quares Secundo, quis est sensus, *Ego sum & tu es*? Primo, S. Hieron. lib. 1. contra Iouianum, putat idem hic dici cum eo, quod ait Apostolus Ephes. 1. 10. *Inflans utram in Christis.* Accedit

A Tertull. lib. de Monogam. qui puer hic fancit, *Vt Iohannes diligenter defensit in Christum, & per Christum omnia ad initium resuscitetur & homo revertatur ad paradisum, ubi prima erat.*

Secundo, Petrus Damascenus punit per a & n. Secunda, significari summam sapientiam Christi, qua prima & nouissima cognoscit.

Tertio, Arias Montanus in cap. 4. Zacharie Tenha. exponit, q.d. Christus in Ecclesiæ est & v. id est, consummatio, decus & perfectio retum omnium.

Quarto, Prado in Ezech. In Isago. lect. 1. ego Quidam sum & tu es, ego sum principium & finis temporis & oculorum Dei, q.d. Ego sum summa spectant omnes Prophetæ, omnes Apostoli, omnis Scriptura facta: ego sum locus & summa legis & Propheterum, & quid ac Evangelij & Apostolatum; in me adimplentur & consummantur omnes Patriarcharum historie, omnes Hebreorum ritus, sacrificia, iuraciones, miracula & oracula, omnes Virginum, Martyrum, Anachoretarum virtutes, certamina & triumphi.

Quinco, magis genuinæ Aretas & alij sic exposunt, *Ego sum & tu es, id est, ut loquuntur, ego sum principium & finis.* Nam c. aa. 1. g. hac tria, quasi idem sint, funguntur: *Ego sum & tu, primus & novissimus, principium & finis.* Sic Mauritius lib. 1. Codrum vocat alpha penultimum id est, inter plementos & paupertates primum, & quasi principem. Iam sensus est: *Ego sum principium & finis Primo,* q.d. Ego sum sine principio & fine, id est, sum æternus, inquit Aretas: significatur enim hoc phrasii Dei æternitas. Itaque sum & tu, hoc est, ego sum is, ante quem nihil est, in modo per quem factum est quidquid factum est, quique, ut omnia in eternitate, superest illis omnibus maneo. Sic ut ergo alpha lete vocat, quod omnium rerum principio sit antiquior: sic omega, quod sit omni fine posterior, ut veritatem illi verit̄ sua confiteret æternitas. Sic ut Gracē Iupiter vocabatur regnum, id est, terminalis, & v. id est, terminus, & finis. Id, quod ipse omnium rerum est principium & terminus. Sic ergo Apol. 1. Timor. 6. 16. de Deo ait, *Qui solus habet immortatutem, haec si dicitur diuinitatem, æternitatem & imperium.* S. Iohannes deferit hoc peribraphi: *Ego sum & tu, principium & finis.* q.d. Ego sum qui omnes numeros facultorum comprehendo: ergo sum qui omnia tempora æternitate mea ambio, amplectore & praetregredior. Numirum regnum illius, est regnum omnium facultorum, & dominari illis a generatione & generationem. psalm. 14. 11.

Rursum & potius actum, sum & tu es, id est, principium & finis, hoc est, sum causa efficientis & finalis virtutis tuorum. Vnoventia enim à Deo ad Deum gloriam creata sunt. Sie Plato, Deut. ait, qd. qui principium, medium, & finem rerum omnium comprehendit. Et Virgil. Ab Iove principium: &c. At te principium, nō dicitur.

Rechè noet Alcazar abstracta hic ponit pro concretis, idemque dicere Iohannem, quod dicit Paulus ad Hebreos 1. a.v.a. vbi Christum vocat salvatorem & consummatorem. Alij enim, id est, principium, apud Iohannem idem est quod alijs, id est, apud Iohannem idem est quod videntur, id est, finis, apud Iohannem idem est quod videntur, id est, finitor & consummator, apud Paulum, quasi dicas, Deus est auctor & consummator omnium. Deus est qui incepit & qui perficiet. Alludit ad Zachar.

In Apocalypsin. Cap. I. 21

Zachar. 4. 9. *Mansu Zerebzel fundauerunt domum sicut et manu eius perficerent.* Denique hoc sensu & fine psalm. 4. 5. 6. multib[us]que alios inscribi, in finem, id est, Deo & Christo, qui sequit[ur] finis est ac principium Ecclesie, rerumque omnium, fuisse docet Alcazar notat. Ex dictis pater, minus recte Theologos aliquos ex hoc loco probare, Filium cum Patre esse principium spiritus Spiritum sanctum. Agitur enim hic de principio creaturatum, non Spiritu sancti.

Quares Terni. Quorum hac dicit Iohannes Ref. Primò, ut doceat Deum quasi principium & finem, orbis, Ecclesie, omnib[us]que que in ea geruntur, principium & finem dare. Rursum, Deum, sicut Ecclesiam Christi orihi fecit, eaque dedit principium, ita pariter eam proueltrum & promoturum, ac finem, id est, perfectionem ultimam, ei daturum. Ac proinde fideles non debere timere Dominianos & Decios, quia Deus & ipsi, & ipsorum perfectioni tam principium, quam finem definit & describet, eamque ita moderabitur, ut non patiarur suos tentari supra vires, sed dabit cum tentatione prouerantur. Hoc est caim quod dicitur v. 17. *Noli timere ergo sum primus & nouissimus.* Et cap. 1. 8. *Hec autem primus & nouissimus nihil horum timet.*

Mysticè Petrus: Per ainq[ui]nus, quod est principium alphabetti, significatur Christi diuinitas, per Christi humanitas. Primum, quia est principium: enim rotundum mundum significat, & homo est pars mundi. Christus vero est id est, magnus mundus, proper vniuersum humanitatis & deitatis. Atque etiam hoc forte spectaculum Christiani, eum in seculum inferirent & &, scilicet ut Christi incarnationem & humanitatem, quae deitatem contra heres runc gradias prosterent. Huc speclat illud S. Ambro. lib. de Infrust. Virg. cap. 1. 1. *Vnde, inquit, dominus Christus: ipse est primus & nouissimus. Qui primus erat, proprie[n]tate nos & nouissimus fecit. Primus, quia per ipsum omnia: nouissimus, quia per ipsum resurrexit. Descendit enim & prosecutus est ut caderet, nostra venientia faciens, & annos latentes levaret.*

Secundò, significat unum, & octingentos aquila Christi homo factus octingentos, id est, immutabiles, sanctos & electos filii adoptauit in fine seculorum, tisque oculo beatitudinis, per diueras mansiones in celo dispersiendi, remuneratus est, & remunerando dispersitus, inquit Rufetus.

Exstā memorabile pentalpha, id est, quintuplex alpha, ex quinque angulis pentagoes profiliens apud Lucianum, & Pictum hierogl. 47. pag. 99, cuius hæc est figura. Ferunt enim Antiochum cognomen Soterem, à quo reliqui Syria reges Antiochi fuisse dicti, cùm aduersus Galatas diuiciatus esset, noctu per visionem videre vilum altare sibi Alexandrum, qui mandaverat, ut milibus tessellat daret, & sursum, cuius dicti hieroglyphicum olim iam adiumentum erat, triplex triangulus inter se complicitus ex quinque partibus lineis sepe in puncto coniungentibus, ita ut quinque (volorum) anguli faciant quinque alpha, quia non cunctanter à se facta, pentagrammōque huiusmodi nūn in veris illis imposito, tum & singulis militibus in militibus

A indumentis superaddito affusōque, admirabilē meo à Galanis consecutus est visiōrem. Exstar Antiochī nummus argenteus, cui hoc pentapha in pentagono, literis 1. 2. 3. 4. 5. id est, luntas vel fasces, inscripum. In milia verò Imperatorum, qui præcipue Byzantij claruerunt, ordo eorum qui sub illius viro magistro pedimentum merabant, & Propugnatores vocabantur, ceruleam præferebat parvam, cuius margo purpures erat, viridis autem umbilicus, inter pentapha huiusmodi contentus. Merito autem Propugnatorum nomen eis datum, quorum opera ipsis, id est, fasces, exercitu comparabatur. Hoc pentapha est Deus, Pentalpha
est Deus.

9. Ego Iohannes frater vester, & participes in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu in insula, que appellatur Patmos, propter verbum Dei, & testimoniū Iesu:

10. Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocē magnam tamquam tubæ,

11. Dicentes: *Quod videtis, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis, que sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphie, & Laodicie.*

12. Et conuerlus sum, ut viderem vocem que loquebatur mecum: Et conuerlus vidi septem candelabra aurea:

13. Et in medio septem candelabrorum aut corum similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad pauperrimas zonas aureas:

14. Caput autem eius & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tamquam nix, & oculi eius tamquam flamma ignis:

15. Et pedes eius similis aurichalco, sicut in carmino ardenti, & vox illius tamquam vox aquarum multarum:

16. Et habebat in dextera sua stellas septem: & de ore eius gladius vitraque parte acutus exhibebat: & facies eius sicut sol lucet in virtute sua.

17. Et cum vidi semel eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: *Noli timere: ego sum primus, & nouissimus;*

18. Et vivus, & fui mortuus: & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claves mortis, & inferni.

19. Scribe ergo que vidisti, & que sunt, & que oportet fieri post hæc.

20. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiarum sunt.

VERS. 9.

hic in prologe quasi praefert schema & argumenta-
tum libri. Nam in Apocalypsi cap. 7. & cap. 21.
& cap. 22. &c. sibi saepe, describens gloria Beatorum:
iam enim certiūbus quasi brauiam offen-
sat hic Deus. ita Ticonius, Ambrosius, Haymo,
Rupertus, Perrinus & alijs. Quocirca Iohannes
Apocalypsi, 18. 1. de Christi Angelo, parta iam de
impiis vīctoriis plena per eorum stragam in fine
mundi, sit: *Vidi angelum descendētē de celo, ha-
bentem potestatis magnam: & terra illuminata est
à gloria eius.* & exclamauit in fortitudine deca-
cūdū, *eccl̄ia Babylon magna.* Vbi angelus hanc
eaudem gloriam habuit suo praefecto.

Denique dicitur Ambrosius, per hunc oīto Chri-
sti symbola, significari oīto status iustorum; Pri-
mō, per podēm significari sanctos & electos ab
Adamo visus ad diluvium; Secundō, per zonam
significari sanctos post diluvium; Tertiō, per ca-
nitēm sanctos veteris testamenti; Quartō oculos
eis Prophetas; Quintō, pedes ēste Aposto-
los; Sextō, vox aquarum, inquit, est multitudine
Genitū conseruātū ad Christum; Septimō,
gladii erunt electi in fine mundi; Octauō, sol
erunt Sancti & beati in celo. Verū hoc non li-
terale est, sed mysticum, aut potius symbolum.

Symbol. Deus &
Christus est
sol qd̄ vñ-
decim ana-
logias.
Prima.
Secunda.

Symbolice, sol est hieroglyphicū Dei & Chri-
sti gloriōsi. Primo, quia nullum est eorum quæ
aspetū sacerdotis praetulit, admittibilis &
illuminis diuinæ virtutis gloria & magnificētis
speculum, quād sol.

Secundō, Deus est immensus, ut sol est maxi-
mus, terza enim matisque globus in sua magni-
tudine contineat centes & sexages: longē ergo
& stellaris omnes quantitate superat. Hic autem
magnitudine ei congruit propter ingentem lucem,
quam tota terra, sc̄i, est, & quicquid omnibus com-
municat. Eius enim est ubique tenebras fugare,
omniāque suis radiis collustrare: quocirca omnia
sidera sumul iuncta tanta lucem non efficiunt,
quantam vnu sol; quin & omnia luce solis per-
stringuntur & occultantur. Talis est & natura
Dei, ex gratia Christi, scilicet maxima & immensa,
idēque obfūtans omneū gratiam ostium an-
gelorum & hominum.

Tertiō, quia sol cum luce simil & calorem
producit, quo omnia calefacit, excundat, vivifi-
cat. Quocirca ab Ecclesi. cap. 4.3. 1. sol vocatur *ter-
re admirabile ardor*: exsolūtū: *In meridiano
excuse terram,* & *in confinitu ardoris eius quo poterū
terre sustinetur.* Ergo exsolūtū in operibus ar-
dorū; tripliciter sol excusat mones, quād dicant: Et qui
in insuffla fortacē & accendit, ad viendā opera
& viaī conflagrātā: at sol tripli magis mones
calefacit & adiutit, radiis gressu exsufflans, emi-
tētis, cīculans, & refūgētū radij suis abebat es-
cas. *Magnus Dominus qui fecit illam.*

Quarto, sol dicitur, quād vnu & solus sit in
mundo, vel quād fokus cūm est exortus, obclūcta
omnibus aliis astris, apparet, ut Cicero lib. a.
de Natura deorum, ita vnu est Deus in mundo,
vnu Christus in Ecclesia.

Terza.

Quarta.

In Apocalypsin.

Cap. II.

33

ut *Principes Dei*, & *Principes Sacerdotum*. Ita enim vocantur 14. pontifices, sacerdotibus Aaronicis propositi, qui erant typus & forma Episcoporum, & *Paral.* 14. v. 5. & 18. Tertio, Episcopis propriis dicitur illud 1. Petri 2. 9. *Vos etsi genitum estis eis, regale sacerdotium genitum sanctorum.* Et illud psalm. 8. 1. 6. *Ego dixi, Dixi eis, & filii Excelsum emere.* Quartus, Concil. Trident. ait, Episcopatum esse maximi angelicis honoris formalitatem. Rursum, sicut S. Petrus fucedit Summum Pontificem, ita alii Apostolis secundum edunt Episcopum. Ipsi ergo nunc in Ecclesia sunt Apostoli Chresti, Apostolicam ergo Apostolorum vitam, doctrinam & zelum inserviant. Quinedo, S. Ignatius ad Philadelphia, huc gradatione Hierarchiam in Ecclesia docet: *Principes abdant Casari, milites Principibus, Diaconi Presbiteri sacerdotum preficiuntur; Presbiteri, Diaconi, & reliquias Clericos cum populo uniuersi, ipsibusc Principibus, & Casari ipsi Episcopo parentur; Episcopus Christi, & Corvulus Patri.* Idem ad Smyrenensem: *Omnes Episcopos sequuntur Christum Patri, & infraeius: Lasci Diaconi subiacent, Diaconi Presbiteri, Presbiteri Episcope, Episcopi Christi, & ipso Patri, & tutum. Quismodi distinximus eadem potest, qui praeferat Episcopum contra Episcopum voluntatem & iusta, in uno Episcopo, aliquid egerit? Sacerdotium enim est solum omnia beatum, quae in bonisibus confituntur, quod si quis inobedierit, Deum inobedient, & Dominum Iesum Christum, primogenitum totius creaturae, & filium naturae principem, ac sacerdotem Dei.*

Hinc Secundum, obsecrare Episcopi, quanta sunt cum obligatio, tunc ut sanctitate Ecclesie praebeatant, tunc ut sua vigilancia & prudencia mores improborum corrigan, & probos in virtute promoueant. Audiant S. Chrysostom. hom. 5. in March. *Sicut machina facta est, seruans corpus validum etiura si sacerdotium integrum fuerit, tanta Ecclesia fuerit, si autem corruptum fuerit, tanta Ecclesia munda est.* Cion ergo uideris populum undisciplinatum & utrile-

gum sum factum dubius cogitans, quia sacerdotium cuius non est fama. Hinc Cheonanum in exp. 6. March. *Epicopum ait, est quasi eccliam Ecclesia corpus illuminans, si ergo luxem, quid in te est, o Ecclesia, tenebre finis, tenebra corporis quanta erunt?* Et S. Hieron. contra Lucifer. *Vt salinquit, omnem tuum corda mea mundi & Ecclesia tuum condimentum est Epicopum qui confirmatus fuerit per barbitum, solitatem, &c. a quo alii poteris condire cum ipse fuerit omnium condimento.* Idem in exp. 4. *Tanta, aut, debet esse conseruatio & studium Pontificis, ut omnes mortales ex his & universa eius opera veritatis sint, veritatem mente contemplentur, & cum vero habuerint regnum & eruant, ut quid agit, quidquid legatur, doliri non possint.* Idem in Iacobodorum Episcopum, monens eum ne nimis lugeat mortem Neponiani nepois suorum, *ut, animus oculi dirigeretur deinceps tua, & censuratur quasi in scena consilium, magistris & publica discipline: quidquid feceris, id sibi omnes faciendum portant. Cane ne commentari, quid aut qui reprehendere vellet, donec lacrassa videantur, iam qui misericordia, congauius detingere.* Idem ad canticum: *Non est facile glorare Iesum Pauli, revere gradum Petri, iam cum Christo regnassimus; non fortis venit angulus, qui scandala velum templi tuu qui candelabrum tuum de loco moveat.*

S. Gregor. in Pastoralic. *Ab imperio, inquit, perforce magisterium quanta temeritate fascinatur, cum sit ars artuum regnum animarumque canonicis debet populi actionem adiutorio proficisci quoniam distat a grege una a pastori.* Rursum: *Lux gratia est flumen pastorum.*

Legant Episcopi & Pastores vitam S. Martini, Nicolai, Amelii, Augustini, Basilii, Chrysostomi, Bonaventuræ, & aliorum Ecclesie Presulum. Nihil enim ita spiritum illuminans, delectans, mouet, & exaltat ad vitam sanctam, & in suo gradu perfectam, atque similibus Sanctorum vita & exempla, vel scripta multa, & multorum experientia didici, & indices dico.

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Iohannes in sua Chresti scribit, *Primò, angelo Ephesi, ut primam charitatem collapsam reparat; nō faciat, minatur quod amovebit candelabrum eius; si faciat, promittit ei lignum vita.* Secundo, v. 8. *angelo Smyrna, ut sit consilians in fide & virtute & se ad mortem promittens ei coronam vita.* Tertio, v. 12. *angelo Pergami, ut ferreter se opponat Nicolaitis, minans eis gladium, & promittens ei manus absconditum, & calculum candidum.* Quarto, v. 18. *angelo Thyatira, ut resistat Iezabeli docenti fornicari, & vesici idolatria, promittens ei potestate super gentes, & stellam matutinam.*

Vers. 1. Angelo Ephesi Ecclesie scribe. Hec dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrum aureorum:

2. *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos, qui te dicunt Apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces:*

3. *Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.*

D 4. *Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti.*

5. *Memor eslo itaque unde excideris: & age penitentiam, & prima opera facias fin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris.*

6. *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolitarum, quae & ego odi.*

7. *Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicit Ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno vita, quod est in paradiiso Dei mei.*

ANGELO

VERS. 1.

Ephesi cor-
dico.

N 1 1 0 Ephesi Eccle-
sie foris.] Angelus, id est,
Episcopo, vi dixi c. i. 20. -

Ephesi nobile empo-
rium, & metropolis Asia
minoris, Amazonum fuit
opus. Ab illis enim conditae
eile tradit Iustin. lib. 1., &
Plinius lib. i. 29 licet Phocedes, & ex Strabo,
ab Antiocho Codri Atheniensium regis filio, ex-
tractum tradidit. In hac celeberrimum fuit Diana
templum, à terra Asia ducentis annis edificatum.
Ephesi precepsit Paulus, iisque Timotheum Epis-
copum confirmavit. Vnde & eius ad Ephesiens etat
epitola, scripta 18. annis ante Ioseph Apocalypses.

B Nota. Hec est prima Christi epistola, quam Epis-
copo Ephesi, & per Episcopum scribito Eccle-
sie, vi patet c. i. v. 9. i. 1. 17. 2. 4. ubi dicuntur Qua-
ber aures audiendi, audier quid Spiritus dicit Eccle-
sie. Hinc moraliter Alexazar censem, in hisce septem

Episcopis notari septem conscientiarum genera in-
ter Episcopos, aliquique fideles quoque. Primum
genus, est improborum, qui audacter in felicia
tus. Secundum, zepidorum. Tertium, eorum qui
probato sunt virtutis. Quartum, eorum qui in vir-
tute imbecilis sunt, sed à Deo proteguntur, ac à
economia liberantur. Quintum, lafforum, eo-
rum scilicet, qui ob laffitatem in via Dei non
nulli retrocedunt. Sextum, timidorum. Septimum,
imprudentium. Vnde his septem Episcopos compa-
rat septem planis. Sardius enim erat ut Mars,
audax & praecepit ad malum. Landicus ut Sa-
turnus, piger ac levius. Smyrenensis volut Sol, vir-
tutis eximius, & omnia nubila superant. Philadel-
phius imbecillior, sed prosperioris fortunae, ut lu-
piter. Ephesius erat velut Mercurius, bonus &
prudens, sed laetus, indigne remissus auctoribus. Per-
gamenus ut Luna, timidiornam Luna timorem cre-
ditur inde illi quibus dominatur. Thyatirensis li-
cut Venus, imprudenter ferauidus.

Inquit haec septem epistolas esse volut septem
Christi Pontificis summi decretales, quibus totum
celeste Ius canonicum doctrina secesser ad mores
speculans, summa comprehendit, per quam ho-
minum conscientie informentur, & in vita san-
ctare proficiantur. Hoc ergo septem Episcopos Dei,
quas septem specula fidelibus constitutis, ut in illis
quisque suam conscientiam & vita rationem pos-
sit contemplari, eamque vel corrigit, vel dirige-
re & perficere. Symbolice & propheticiter Petrus
Galatinus hic, genere huius septem Christi epistolis
significari septem status & vicissitudines Ecclesie,
sibi iniunctis ex ordine successivis, quas ipse enarrat.

Quare, quis fuerit hic angelus, id est, Epis-
copus, Ephesi? Respondet Lyran. communem esse
sententiam, hanc S. Timotheum, ad quem S. Paulus
scripsit duas epistolas. Negat tamen id Riberia,
vti & ipse Lyran. Quia, inquit, Timotheus fuit
vir sanctissimus, hic autem Episcopus Ephesi valde à Christo tenuit gemitum. Verum nihil aliter
Aurelius, Vegetius, Alexazar, Peterius hic, Magalia-
nus proponunt in epist. ad Timotheum, & Baronius.
Idque satis Chronologia evinci potest. Nihil hoc
tempore non aliud fuit Episcopus Ephesi quam
S. Timotheus. Nam S. Paulus scripsit epistolam ad
Timotheum, quasi ad Episcopum Ephesi, anno
Christi 57. Iude, autem letipiti Johannes anno Christi
97. Timotheus vero obiit Episcopus Ephesi
anno Christi 109, qui fuit decanus Traia-

ni. Tunc enim succedit ei in episcopatu Ephesino
Onefimus, quem Philemoni scribens commendat
S. Paulus. Vnde eodem anno Christi 109. scribens
ad Episcopos S. Ignatius, post Timotheum meminit
Onefimi, tamquam iam recentis eorum Episcopi.
Et ante ergo, qui ex Metaphysicis contendunt, Ti-
motheum ante huc tempora sub Domitiano occi-
suum esse. Nam post huc tempora S. Dion. Areopag-
itus, plerisque libros suos scripsit, & inscripsit huic
Timotheo. Ad argumentum Riberi respondebo v. 4.

Hec dicit qui vocat septem fides. [De quibus di-
xi cap. i. v. vi. Hinc incipit epistola Christi ad Epis-
copum Ephesium, & sub eius persona ad quem-
vis Pastorem & Prelarum, immo ad quemcumque
fidelem, qui in pristino charitatis ardore reformat.
Vnde ut enim exicit & inflammet, in iis in me-
moriā revocat vocationem & eius studinem gra-
duis suis, q.d. Memnet te vocatum esse à Christo,
ut sis stella & lux mundi, cura ergo ut splendore
& seruore tuo mundo prelucias, memento esse
in dextera Christi, Christum in te lugere oculum
intendere, velle te vti, quasi instrumento & face
ad illuminandam Eccleſiam, ad conuentandum
Gentes. Vide ergo ne opus Christi impediās, vide
ne Ecclesiae fulgorem osculet, vide ne sit causa
eius multarum anime per te saluandarum, tua repudiat
& legnitie pereant. Has enim à te reprocer Christus.
Quodcetera ita age, ita vivit, ita ferue, ut per te
omnes glorificant Patrem qui in celis est, ut insi-
des & impiorum ad Christum traducas, tepidos acci-
endas, sternas & feruidos magis inflammas.
Imitate Paulum dicentem: *Quis informans, & ego non eror?*
2. Corinth. 11. 29.

Scripsera tua & labores.] Vide laudes huius VERS. 2.
Episcopi apud Peterius, disp. 3. & 4.

Et sentiat eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non
sunt.] Examinali, explorabis, & redarguis si eos, qui
mentantur eis Apostolos, cum sint pseudosapo-
stoli.

Et sufficiunti proprii nomen meum persecutio-
nes & variae tribulationes, & non deficiunt.] Græcè
διάβολος, διάβολος την significat & labore sim-
plificat, & in actu perfecto in laborate, ut in la-
bore deficias & succumbas. Prior modo accipi-
tur verbi precedentis: *Scripsera tua & labores,* græcè διάβολος; posterior modo capitū hoc loca.
Quoniam Petrus Faber lib. 1. Agonist. e.s. pro-
babilitate suscipitur in Græcicis esse mendum, &
pro *diabolus* legendū *diabolus*. Non enim vi-
decit Apostolus *diabolus* aliter hoc verbi, aliter
verbi precedentis accipere. Vnde & Aldinus co-
des noui testamenti editus Venetiis anno 1518. &
Robertus Stephani editus Parisiis anno 1546. &
Basilicenii anno 1561. & Lugdunensis anno 1571.
sic legunt: *εἰ δὲ διάβολος μη συμπίπτει εἰ διά-
βολος*, id est, & proprii nomen meum laboratis,
vel laffatus es & fangatus, sed non defecisti.

Sed habeb aduersum te paucis.] *v. paucis* delect
Romana & Græca, ac Syrus, qui veritate, *sed habeb*
enarrare & *properare* suam aliud priusquam reliquias,
vel, ut Arabicus, dimisisti ab te.

Quod charitatem tuam priusquam reliquias.] An-
tioch. & Haymo censem hunc Episcopum charita-
tem amissile, & haifie in flatu peccati mortalis.

Verum quis credat hoc de S. Timotheo? Pra-
ferim enim hic eius patientia, relbus & illustria
opera non tantum præterea, sed & præsenti com-
menditur. Melius ergo Riberia, Peterius, Alexazar
& alij

In Apocalypsin.

Cap. II.

35

A Et alij exponent, q.d. primam charitatem, id est, premium illum charitatem ferentes, reliquias. Ea enim est humana infirmitas, ut qui magno spiritu et expertantur ferire Deo, sensim de eius contentione remittant, languescant, laffescant, tepefcent.

Videntur ergo S. Timotheus, qui per 40 annos iam fuerat Episcopus Ephesi, fuit enim Episcopus anno Christi 57, & iam agetur annus Christi 97, vt dixi v. 1, ergo iam ab episcopatu exordio effluerunt 40 anni, nonnulli interpellati in predicando verbo Dei, in labore conuentiendi Ephesos, eò quod videntur ludicri & Genesies Diana Ephesia cultores sibi pertinaciter obfistere: vnde partim ex pufillanimitate & teperie, partim ex prudencia humana sufficiet, quod pacis causa operetur remissius agere, ne nimio zelo magis rem Christianam tuebare, & infideles contra le suosque concitarer (vn Epheci olim S. Paulus configit, turba conera cum conciliante: *Magna Diana Ephesorum, Acto. 19.v. 34. meminister) de priftio ea evangelizandi ardore nonnihil remisit, siquicunque hoc eius peccatum veniale, non lethale. Sepe enim Prelati magis peccant per remissionem, que specie prudentiae obrepit, quam per imprudentiam, que sub specie zeli. Vtrumque tamen vitium est, utrumque licet reprehenditur a Christo, prius in Episcopo Ephesino, postea in Thyatirense, inquit Alcazar.*

Monitus ergo hic a Christo per S. Iohannem Timotheus, remissionem suam contexit, & prius factorum predicationis resumipti, ferundusque reprehendit cultores Diana, id estque ab iis martyrio est affectus anno Christi 109, die 24. Februario, quo die plus memoria tabula facies allisceris in Ecclesia quotidianis recolitare.

Addit, haec non dici soli Episcopo, sed et clus Ecclesiarum Ephesinae, vt dixi immo capitis. Fidelis ergo Ephesii huc teporis arguitur in suo, & per suu Episcopum, viro in quem quasi in caput & paucorum omnis subditorum culpo, nota & reprehensio redundat. Vulgo dicimus: *Nem est peccatum in collegio quod non facias Rektor. Sic non est peccatum in parochia & dice celi, quod non faciat Pastor & Epicopus, ita Peretus, qui tamen non recte celerit nullam hic fulle Timothei culpam, sed omnem quae hic arguitur, fulle Ecclesie & fiducie. Proprietem enim & primam culparit hic Episcopus, que teper & culpa fideliam ferre sine tepero & culpa Episcopi esse nequit, vt docet Sanctus Chrysostomus hom. 3. in Matth.*

Mocaliter Nota. Facile homo, etiam sanctus & perfectus, a primo feci ore tepefecit. Primo, quia animi est mobilis, mollis & inconsistans. Secundo, quia difficile est & violentum tor difficultibus & temptationibus, quae indec occurrit, resistere. Tertio, quia gratia in nobis est quasi in loco alieno, non naturali; vnde natura nostra, nisi vis continua adhibatur, ad se & naturalia sua desideria redit. Quartu, quia habemus innata concupiscentiam, que gratia & bona semper reluctatur, contra quin pugnare, & quasi aduerso flumine, in quo fluet remigare dicemus.

Memorabile est dictum S. Bernardi epist. 96. ad Richardum Fontanensem Abbatem. *Indefatigatus autem reponit multas facultates commerciorum ad bonum, quoniam unius quicquam de Religionis transire ad melius. Rara autem in terris est quis de gradu quem in Religionem forte sentit aruerit, vel parum ascenderat. Et S. Bonaventura: Vidi multos qui a scatene transi-*

B tes ad Religionem profecterint, vixique mutariuntur: tunc vide, quo in Religionem possunt mutari, feruntur & profecturas transferunt. Quocirca ipse in vita S. Francisci de eo quasi quid tamquam & mirum scribit cap. 14. vlti ipsius, quod appropinquans ad finem vitæ, Christo per lacra flagmata confusus crux tam carne quam spiritu, non solus Seraphico amore ardebat in Deo, verum etiam suscepit eum Christi crucis multitudinem falso amorem, id estque se sumum corpus emeritum per causas & calidae facultatis circumstans, ut acutem ferendam carnos animare. Fratribus quoque dicebat: *Accipiemus fratres seruare Deo nostro, quis usque nunc pars professorum. Flagrabit etiam defensor ad horribiliter redire primordia, ut teproficit, sicut a principio immixtraverit, corporaque iam pro labore colapsum renovaret ad pristinum seruaret. Prepenitus Christus ducet se factum usq[ue] a corpore, & saevissimis membris spiritus fortis & fermos non queratur certamine de bello triumphum. Nique enim languor, vel deficiencia habeat, ubi amoris finalis semper ad maiora pergit. Tanta autem erat in eo carnis ad gloriam cordis, tanta obedientia promptuus, quid, cito illi ad eum non nixeretur sanctuacem perstringere ipsa non faciat non repugnat sed praeconit ut eretur.*

Itaque contra teponem hunc, hōisque eius fontes credo & affidue, ac praesternit initio septimanae, mensis & anni, & quē ac in maioribus festis homo spiritum suum languescerent inscitare, ac pristina sua voce & propria renouare debet. *Cogita inquit S. Bernardus epist. 9.t. in scula Jacob angelorum omnes vel ascendere, vel descendere, nemorum stare. Et tu ergo si non profici defici, & ubi incipie nolle fieri miser Aegistus esse bonus. Vnde p. 8. dicitur. Ibius de virtute in virtutem. Et Propt. 4. In inferni famis quasi lux gloriens procedat & crevit usq[ue] ad perfectionem diem. Et Cato. 6. Quo illa qua prestatu quasi aurora conforponit. Quocirca Abbas Agathio in Vitiap. lib. 5. cap. de dilectione, cuiam Religiosam vitam ambiens hoc praecipuum dedit: *Sicut in prima die quando ingresserit ad fratres, ita ex illis pergivitatem suam omnibus diebus utrūque agnoscas fiduciam. q. d. Fretum, tenerentiam & verecundiam nouitiam, roto tempore Religionis obseruat; casu ne succelia temporis his liber & audax in loquendo, carpendo, murmurando, ostiando, &c. Vide dictum Philipp. 3. v. 13 & Epib. 4.v. 2 & Roem. 1. 2.a.**

Speculum vero Episcopum non debere reponere in concionando si pauci aut nulli conuentantur, docet S. Chrysostomus. t. de Lazaro, Primo, exemplo sonum, qui semper scutariis, licet non inde hauriat. Secundu, exemplo Ieremie c. 20. 7, qui irrisit à Iudeis, iubet ramen à Deo iis concionari. Tertiu, exemplo Chisti, qui ludam, licet obstinatum, admonuit. Quartu, quia qui boni sunt, sicut sunt meliores, & qui iam non conuentuntur, sint postea conuentantur. Vnde eidem Timotheo S. Paulus epist. 1. c. 4. praecepit dicens: *Predica verbum, iusta appetitum, impetuose, argue, obfera auctorita in eorum parentia.*

C *Sic autem, vense tuba, & monebit (Syrus, mones, scilicet licet & sublicit) candelabrum: num de loco suo.] q.d. Candelabrum, id est, Ecclesiam, à te auferam, ne his eius caput & Episcopatus, etiamque in alterius manus colloco. Nam c. 1. v. lvt. candelabrum expositum Ecclesias. He autem discutit moueri de loco, id est, de statu suo, eum ab uno capite, per Episcopum, ad alium transferre, & in eius manus gubernandum.*

Teporis
Sanctorum
causa.

Eiusmo
sanctis
causa
concedi-
dam illa.

Vers. 5.

gubernandæ collocauit. Si regna dieuerunt mortui, mutari, & de gente in gentem transferri, cum rex & Imperator mutarunt, & ex alia gente suscitatur, tam enim corpus est in capite, quum caput in corpore; tam regnum est in rege, quum rex in regno: tam Ecclesia est in Episcopo, quum Episcopus in Ecclesia. Mox ergo & mutata capite, mouetur & mutatur corpus, mutato rege, mutatur res publica, mutato Episcopo, mutatur Ecclesia.

Sic monarchia Chaldaeorum dicuntur mortara & translatæ ad Persas, cùm monarca factus est Cyrus; Persarum ad Grecos, cùm monarca factus est Alexander; Grecorum ad Romanos, cùm monarca factus est Augustus. Ita Rupert. Hugo, Richard. & Victoriae.

Vnde posset rursum hoc phasis per hypallagen explicari hoc modo, q.d. Mouebō candelabrum tuum de loco suo, hoc est, mouebō te ab episcopatu Ecclesiæ, auferam tibi dignitatem æquæ ac graciæ, & dona Episcopatæ, quibus praefides & præfuges Ecclesiæ tuæ. Simili hypallage de diembris dicitur Apoc. 1. v. 8. *Necque lucis interior est amplius eorum in celo.* q.d. ipsi non sunt amplius innati in loco suo in celo. Aut potius candelabrum per metonymiam ponitur pro ipsa *lucerna*, seu candalæ que in candelabro est sita. Hoc enim similitus est regi in folio, & Episcopo in cathedra sedenti. Vnde in Scriptura lucerna significat regnum, & consequenter fæcerunt in omnibus: hoc enim est regnum fæciale, & fæcedotium regale. Hinc psl. 13. 17. dicitur: *Hunc predicamus coram David, per omnia lucernam Christi meo.* 3. Reg. 1. 16. *Filio autem eius distributum unum, ut remanes lucerna David.* Mauro ergo candelabrum, id est lucernam, hoc est episcopatum tuum, de loco suo, putat à te in quo iam constituita Delicia adiugio t. 1.

Secundum Haymo, Thomas Anglicus, Dionys. & Ribera sententia, aliter hic accipi candelabrum, quin c. scilicet pro ipsa dignitate & gratia Episcopali, q.d. Auferam te à candelabrum. Episcopatum tuum quo præfulges Ecclesiæ. Sic Elia & Henoch c. 1. v. 4. vocantur *duo candelabra* in conspectu Dei.

Hanc expositionem, hæc in eum prima coincidat, rectè impingnat Alazar, quod in his septem Episcopis semper ad visionem cap. i. habetur respectus: ergo coadunum est hic alter accipere candelabrum, quin cap. i. præfatum cum in hac ipsa epistola expresa fuerit sequitur candelabrum cap. i. mentio v. t.

Tertius, Andreas Cæsar. exponit, q.d. Candelabrum, id est, sedem Pontificum Episcopo afferat, & transferat eam in canticum regiam, v. g. Byzantium, sive Constantinopolim.

Quarto, Ambrosius & Beda exponant, q.d. Primitivo te metcede, que Episcopo & Rechtot Ecclesiæ pro sua cura & labore promissa est à Deo.

Quinto, Victorinus Martyr: *Mouebō*, inquit, candelabrum, id est, dispergum plebem tuum; & Lyran. Obedientiam, al. *ne subtraham subditos tuos*; & Andreas Cæsar. *Nudabo plebem tuam granis & præstitione mea, id est, in fluctu & tempestate concussum.* Sic & Alazar censer, hic Deum minari Episcopo pacis publica perturbationem.

Propriæ enim & congrua, inquit, remissionis pena est, vt qua ratione existimat aliqua se quiete & tranquillitate fruiturum, remittendo scilicet aliquid de feruore & zelo, eadem res decupatur in maiorem ciuium seditionem, & fidelium

A perturbationem; num quis Deus iustus quemque puniri eo in quo peccat, num quis inmet homines sceleret & remissione ducis oritur perturbatione multum sicut ex aduerso disciplina & severitate multo melius conservans & augenerat pax & obedientia via. Ita fit ut Praetorius, dum patet quietem, inquietum parat, & dispergat populus, & subditus à Praetori obediencia se subtrahant. Vulgo dicitur: *Vix rigor ubi supererit, fecerit ut ab ardore.* Senfus ergo est, q. d. Ex humana prudentia putabis te per remissionem difficultates & perturbationes effigiatur, & adeptum pacem & quietem: at ego te puniri, inducendo te in ipsam tentationem, quam per viam non bonam fugiebas, plausum enim tuum negligientiam seditionis & commotionis ciuium tuorum, quam certissime effigiatur, si non prudentiam bannanam, sed mea confusa fecurus, zelum exercitus & spiritalem feruorem. Hic senfus validus moralis, prudens, & in præceptu perutus est. Sed primus senfus, ut simplicissimum & plausum, ita maximè genuinus videtur. Non enim Ecclesiæ, sed ipsi Episcopo peccanti positionem hanc intentat. Hoc est enim quod ait: *Sic enim, venis ibi, & mouebō candelabrum tuum.*

Officiis facta Nicolaiarum.] Quorum haeresis erat licet fœticari, & promiscue ut feminis, etiam coniugis. Vide Sanctum Augustinum hæresi f. & Clement. Alexandi. libro 3. Strom. qui excusat Nicolaium, vnum è septem primis Diaconis (a quo haeresis nomen & originem accepit) sed accusant eos, qui eius dicta similitudine intellexerunt. *Hic* autem Sanctus Augustinus, cum de zelo pulcherrima canigia culparetur, sollempniter causam permissi fertur: *ut eam, qui volerit, habeat.* Quod eis factum in seculum turpissimum versum est, que probatur eis indifferentia feminarum. Ex hisce orti sunt Gnostici, heretici spaciofissimi. Nicolaius tamen accusat surpeditus Epiphanius, lib. 1. hæresi a f. & Philastri. hæresi Nicolaiarum, S. Hieron. epist. ad Heliodorum, quod felicitate eum ordinatus Diaconus, ab uxore quam pulchram habebat feliciter coniunctus, pollea ramen lupinarum conceperit. D ad eam reuerteris sic, cùmque eade causa carperetur ab Apollonius, turpem hetetism excoquiant, feliciter necessarium esse ad salutem libidinis operam dare. Nicolaius quoque accusant Ireneus, Tertullianus, Hilarius, & alii, quos citat Baron. tom. 5. anno Christi 68. Recruduit Nicolaiarum heresis & sparctus sub Ludovicu Pio Imper. filio Caroli Magni: cui quis Ludovicus non tam strenue quam per erat, resiliens, hinc post mortem personas dedi in Purgatorio per trigesima annos, quiibus exactis apparuit filio pariter Ludovicus Imper. open & preces ab eo emagistrans, vñ ex Annal. Franc. narrat Card. Baron. tom. 10. anno Christi 874. inchoante.

Quid Spiritus dicit Ecclesiæ?] Quod enim dicit Episcopo Epiphano, hoc dicit eius Ecclesiæ, & per eam ecclæsis omnibus. *Quid subi dico, omnibus dic, ait suis Apostolis Christus.*

Vincens dabo edere de ligno vita.] Vincens, scilicet Nicolaias hereticos; item Paganos & tyranos. Rursum tunc eti mandum, carnem, diem, neminem, quomodo vicerunt & vincunt Martyres, Doctores, Virgines & Religiosi. Est enim generalis hæc feminaria, inquit Perierius.

Ita hæc Cheribii verba pulchre adaptat B. Petrus Damiani S. Viðoci Confessor, prima Sepebitur. *Ipsi enim, ali, manu ex opere fortium, ante tacit,* quim

VERS. 6.
Nostri
qui, & nos

Sacri Vi-
tores.

In Apocalypsin. Cap. II. 37

quam vincere noſſet, nec quālibet heſtē ſed illam, A de qua rā-a, & nequaquam ſecura a vīlēria, &c.

Ita vitam alterius S. Viatoris, Confessoris 26. Februarioſi deſcribens S. Bernard. *Pugnauit, for- titer, vīlērū ſuperauit, & ſic dēmonū gloria & horro- re cōtrahuitur.* Quemadmodū nēptū ſeſtū remanuſit beliger foris. *Immūlū Viatoris.* Miser & ſup̄e infan- tem adiuc in utero, panori ſuſſe paſuendū dēmonū, quippe ab ipſi p̄eagocuſum. & tam iunc ex manu deſignauit, nec vacua membra, vobis defiſum fuga, & extorta a conſefio, vīlēriam conceſſa infanteſ. Et in- feriles: *Ad mulierem in utero ſubrūm vīlērum deuictum affiditum, eadem dēmonū manuſtudinē ſeruitur, caſtum corporis oris cuſtodiūm animū puritatem, pōneſ ſexum ita & medium lingue, dēmonū partim, ſtare frequentius, eamnōrū mīſericordijs p̄ altrū, hysius & canicuſ ſp̄iñalib⁹, duob⁹ ſangue noſſis, & dā- nus lāndib⁹ occupare.* Hę enī fuerū viatoře S. Viatoris, quæ nos pariter viatořes efficiēre & coronabunt.

Tales Vincentes & Viatořes apud Graecos fue- runt S. Niceta, Nicandri, Nicanores, Nicetij, Ni- cones, qui viatorum nomine quā omnię p̄cipitare- rūnt: nī enim Graecia est viatoria, rīmū, ſtūtē, &c. est viator. Talis fuit S. Nicasius Martyr Antio- chiae, 19. Auguſti. Talis S. Nicander Martyr Me- litina ſub Diocletiano, 7. Novembris. Talis S. Ni- canon Martyr in Egypcio ſub Maximino, 1. Aprili. Talis S. Nicephorus Martyr in Egypcio ſub Numeriano Imper. 5. Februario. Talis S. Nicasias Martyr in Lycia, 24. Iulij. Talis S. Nicasias Go- thius Martyr ſub Arthanarico, 15. Septembriſ. Ta- lis S. Nicetius Epifocus Viennensis, 5. Maij. Ta- lis S. Nicoſtratus tribunus cum suis militibus Martyr Cæſarea, 21. Maij. Talis S. Nicomedes Martyr Roma, 15. Septembriſ. Talis S. Nicom- Martyr Anthochiae, 28. Septembriſ. Tales multi alii hīc cognomines & in palma coſtīmiles, quos videte eft in Martyrol. indice apud Baron. Ac in primis S. Viator & Corona, Martyres illuftrates, 22. Maij, de quibus eleganter ita canit poëta Christiānus:

Quoniam bene cum ſancto quadriga Viatora Ceram.

Quoniam fuis Viatoriare Corona datur!

Talis denique fuit S. Vefula, qui non vnam, ſed vndeclī millia coronaum meruit: quia totidem virgines ad virginitas & martyrij gemma- tis coronas prouertie, de quibus p̄eclarē idem poēta:

Vefula mētāndis, pro ſiglo tuāque caroſis,
Credidimus angelicis obriugatis manis.

His addende S. Digna & Emetita, virgines & Mar- tyres 24. Septembriſ. de quibus idem poēta:

Quoniam bene connuueniē rebū ſua nomina! p̄-
mem

Ferre haec Emerita eſt: alia Digna fuit.

Secundò proprieđ ad tem̄ propositam: ſueneri, ſeſſer ſuam remiſionem & torporem per ve- ram penitentiā, ac ſeciam deliberationem re- fulmendi priſtina opera & priſtīnū charitatē fe- uorem. In hoc enim culpauerat bune Epifocus Christiſ, & ad hoc eum excita proposito p̄eāmio appolito, ſeſſer ligno vite, q. d. Si laſſitudinem & torporem excuſias, dabo tibi li- gnum vite, quo & primas vites recuperes, eāq̄ue ita corroborētes & conſirmes, vt deinceps tibi in iis laſſitudiis & torporis non obrepant. Hoc enim feciſſer lignum vite in paradiſo. Ita Rupert. & Alcazar.

Quare, quodnam ſit hoc lignum vite, quod ligum vi- te quod?

Chriſtus, quodnam ſit hoc lignum vite, quod ligum vi- te quod? Chriſtus. Respondent aliqui eſſe Chriſtum, qui in Ecclesiſ paradise omnibus fru- diis proponitur. ita Victorinus & Beda & idque in Eucharistiā, ita Rupertus & Anafatius Simaia lib. 1. Hexameron tom. 1. Bibliotheca SS. Petrum, Paſchafiuſ lib. de Coopore Chriſti cap. 7. & 8. & Alcazar, qui addit Chriſtum promittere hic ſuam opem & pagiſdium per Eucharistiām iſi, qui for- titer apod̄ ſtanacis priſtina ſua voca ac deſide- ria inſluſare, & antiquam ſtudium & conteinio- ni repetere, nec in virtutum exercitatione lan- guescere: hōc enim Eucharistiā, quæ eſt panis vite, vti doceſ Chriſtus Iohann. 6. inſilar ligni vite corroborat, cīque animi vites conſirmat, nec priſtīnum vigorem beſſerē puitur, faci- que boominem ſpiritualliter quāl immortalem, alactem ſemper & vegetum. Ad hoc enim in ha- na corruptione, infirmitate & languore Eu- charistiā nobis dedit & reliquā Chriſti: qui- imdū virtute Eucharistiā ſeu gemas ad vitam im- mortalem. Rerūſtreſio enim & immortaliſtas eſt effectus Eucharistiā, vti fuſſer effectus ligni vite in paradiſo. Hoc eſt enim quod aut Chriſtus Io- hannis 6. ver. 5. *Qui mandauit hunc p̄fam, vi- tar in eternum.*

Porro licet oīnibus dignē comunicantibus idipsum pueret Eucharistiā, proprie tamen, & longā amplius id pueret iſi, qui cum hoc ſerio fer- uoris renouandi proposito ad eam accedunt. Cu- ius ratio eſt, quod, ſicut manū ſuam iuxta cuiusque dēſiderium conuerterebat, Sapientie 16. ver. 21. vt qui in manā gaſtare vellet pa- non, panem ſaperet, non earnem; qui caenem vellet, carnem ſaperet, non pīces; qui pīces vellet, pīces ſaperet, non oua: ita pariter in Eucha- riſtā qui humilitatem petat, humilitatem accipit; qui charitatem, charitatem; qui ſeruum feruoris renouandi propositum, idipsum quod petat confequātur. Ita Alcazar.

Hoc eſt, quod ait Psaltes psal. 2. v. 5. *Paraffiſis conſefioſis me menſam aduerſus eis qui tribulauit me.*

Quem locum de Eucharistiā accipiunt Theodor. & alii palliū, ac praefertim S. Chryſtoſ. ibidem di- cēnt: *Qui ſunt qui vos tribulauit? Suggeriſſores ini- ci- cūpūtates, delationes, facili, boniſſimūdū cī- vīnam ad meſam poterū, tribulantes efficiuntur conſolantes, ex meſa preparantes proficuum ad- uerſorū qui tribulauit me.* Hac de cauſa ad fre- quentem Eucharistiā ſumptionem Christianos horatius S. Ignatius, ſcribens ad Ephesiſ. *Date ſper- ram, ut crebriſ congregemini ad Eucharistiām, &c. ſtrigentes panem vīam, quā pharameum immor- taliſtas eſt, morū antiderunt, ut amīq̄ue in Dei conci- ſione per ſeſſum Chriſtum; medicamentum p̄o- gnoſu, & omnia pelleū male.* Quocirca oīm vique ad tempora S. Hieronymi, Romae & in Hispania fideles quotidie communicabant, vti ipſe tellitus ſcribens ad Lincisium epift. 28. & epift. 50. Hac etiam de cauſa tempore perfecutionis, in carcere apud Martyres Millas celebabant: quin & fideles Eucharistiā particulas domum deferabant, vt di- ranse perfecutione, ne ſeſſum ex diuinitate tem- poris, moleſtiarum & tormentorum, in fide repe- lecent, frequenter eius ſumptione vites repararent, conſtantiam solidarent, ac maiori ardore ad nouos agones & tormenta, iplūmque martyrium ſe compararent. Atque hinc, ſeſſer ex cībra & quotidiana communione magauit illa

Lignum vi- te quod?

Eucharistiā ſeſſo- bus pro- pria prodiſt.

S. Laureenij, Agnetis, Vincençii, Sebastiani, & aliorum, ecclaeos, agnes & tyrannos itidem fortitudo sequit ac pro Christo moriendo aelus & defiderium. Ita, ut alios raccam, S. Catharina Senensis quotidiana penit communioe vies tam corporis quam animi reparabat, & ex ea fera lola vnebar, vix cibos corporales comedens. Tantus vero eius in Eucharistiam etiæ ardor, tanta fames, ut, si quo die non communicasse, videlicet animam exhaustura; mox vero, ut communicaret, & spiritu, & corpore euadat iam validus, ut ingentes subire labores & penitencias, ac cibos omnes humanos fastidet, immo solum mensam quasi ad ecclaeum, ad aliena mentis quasi ad tormenta accederet.

Lignum vita est seculi Del.

Secundò, magis genuini & planè lignum hoc vivere est fructus Dei & beatitudinis, indequè consequens immortalitas. Hec enim est immortabilis vita & gloria corona, quam fuis filius Christus promittit, q.d. *meum dabo eadem per contemplationem & fruitionem de ligno vite*, id est, de divinitate beante. & dante gloriam immortalē, ut inchoat faciebat lignum, id est, arbor vita in paradiso, quæ erat hiunc figura & typus. Hunc esse senum clarū patet cap. 1.1. ubi per lignum virtutē accipit hanc beatitudinem & gloriam immortalē. De ligno vita dixi Genet. 1.v.9.

8. Et Angelo Smyrna Ecclesie scribi: Hec dicit primus, & nouissimus i qui sicut mortuus, & visitus:

9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ.

10. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce misurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut tenerimur & habebitis tribulationem diebus decem. Esto filius viisque ad mortem, & dabo tibi coronam vita.

11. Qui habet autem, andiat quid Spiritus dicit Ecclesiis: Qui vicerit, non laedetur à morte secunda.

Et Angelo Smyrna Ecclesie scribi.] Est hac secunda Christi epistola ad Episcopum Smyrnensem, & sub eius persona ad quosvis Episcopos & Christianos probatae & perfectae virtutis, ita Alcazar.

Porro Smyrna vobis est Ionia in Asia, de qua Strabo lib. 1.4. Cion 1.10. sic, exercitavit Smyrnam, circiter annos quadragesitos in vici modum manife habuitas postmodum Antigonum tam suorum adeste Lymnaeum, & non omnium pulcherrima est nisi pars in monte sita est, pars maxima in campo. Habet etiam bibliotecam & Hermeram, porticus sollicitus quadratus cum Hermeri templo & flaua. Nam & hi maxime bene Hermeri sibi videntur: unde & nomindu quidam eneas apud eos Hermeri vocatur. Probie metra Miles anni præterea: ad eam etiam strigillariam, etiam portionem clausam habet. Hocque Strabo, Smyrna etiam à Græciis myrra dicitur, Smyrna ergo idem est, quod myrra, scilicet palfonis & tribulationis, ob cuius patiemtiam hic eius Angelus laudatur.

Quæstes. Quis fuit hic Angelus, id est, Episcopus, Smyrnae? Responde, valde verisimile est fuisse S. Polycarpum. Hic enim hoc tempore visit spe-

A dace virtutis, atque à S. Iohanne ordinatus fuit Episcopus Smyrnæ, ut resit S. Hieron. ita scribit Aureolus, Rober, Peterus, Alcazar & Lyranus, qui ut hanc est communem sententiam, Fanet Chronologia & temporis ratio. S. Polycarpus enim occulus est, Martreyus occubuit anno Christi 169, cum iam Christo seruieret, ut ipse monachus Pessida afferat, annos 86. Ad Christum ergo concurritus fuit an. Christi 83. Quare hoc an. Christi 97, quo haec scripta lobates, iam quartuodecim annos fuit Christianus & penerat ergo iam esse Episcopus, immo fuisse suader quod à S. Iohanne sic conseruatur: S. Iohannes autem post scriptam Apocalypsin, rediens ab exilio, reponit plane lenes, ad vicinam Ephesum se contulit; ibique scripta Euangelium, ac pauli postulat ibidem sic mortuus. Unde non videris Smyrna post hoc tempora fuisse, ut ibi crearet Episcopum. Addit, quod haec persecutio & odia Ideoerum, quæ hic recentit S. Iohannes, valde congruat S. Polycarpo, utique tempori, quo multi Martyres effecti sunt, ut narrat Euseb. lib. 4. histor. cap. 15. Potrò quam solidi & perfetti sancti fuisse S. Polycarpus, ut merito haec Christi laudes ei competent, pater tunc ex epistola Seviriensem, quam ipsi de eo cuiusque martyrio circulante scripserunt, quæ extat apud Iacob. loco citatorum ex ipsa S. Polycarpia epistola ad Philippenses, quæ extat tunc, 3. biblio. SS. Patrum, in qua mulieres, viribus, avuncles, Diacones, catenatis pro suo gradu & flata candidè & sanctè ad perfectionem vita Christiana inserviant, ac tandem inter cetera ait: *In invictis efficiuntur tolerantes eum* (Christi) *& si passi fuerint pro nomine eius, glorificentur eum hoc enim indicatum potius de jure & non hoc credamus. Reges vos emines nobis ferre verba insuffia & parcent, quoniam videntur fide credidisse, non fidem in beatissimum illud signum seducere. Ze. Zym. & Kos. 3. sed in aliis, que ex verbis sunt, & in Paulo & in ceteris Apostolis confidentes, quia bi omnes non in vacuis encuntrantur, sed in fide & misericordia & debito fidei locum, cum Dominu cui & compagi sunt, absurda quia non hoc scendum dixerint, sed cum, qui pro ipsius operis uobis uirtus est & a Domino reuictus. Cum propositi beneficere, nolite deficere. Et in illis: *Doms amans & Pater Domini noſtra ſexta Christi, ipse compertus Pontifex, Dns filius Christus Iesu adiutor vos in fide & veritate, & omni misericordia & fine oracula, in patientia & longanimitate & tolerante, & castitate & dei zobi faciem & parcent inter Sanctos suos, & subi uobis & cum omniis qui sunt sicut celesti, qui credentes sunt in Dominum Iesum Christum. In ecclesiis peccatis, ecclesiis exhalans virtutis aromata,**

Hec dicit primus, & maxima est i qui sunt mortui, & visui.] Vide de his ea, que dixi cap. 1. ver. 18. Refratit hoc S. Polycarpus, q. d. Scio te tribulari, agi ad mortem & martyrium, sed eonflans esto, intueri me quasi speculum; in occulus sum, & refueris, in & tu occideris, mecumque ingenio gloria refuges.

*Scio tribulari meum (quam patetis à perse- VERS. 9. eutoribus infideilibus) & paupertatem tuam.] Aliqui intelligunt paupertatem spiritus, de qua dicitur Matth. 5. *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Secundò, aliq. intelligunt inopiam & penuriam rerum temporalium, humanorumque praefidiorum. Olim enim Episcopi erant pauperes: needium enim episcopatus erant dotati. Tertio, & optimè, per paupertatem accipe eam, ad quam redigebatur expiatio & amissione*

VERS. 8.
Seconda
Christi epi-
stola ad
Episcopum
Smyrnæ.

Smyrna.
quæst

Angeler
Smyrna fuit
Polycarpus.

In Apocalypsin.

Cap. II.

39

amissione suatum facultarum. Hanc enim fideles tunc passos esse patet ex S. Paullo Heb. 10. veri. 5.4. *Rapinam bonorum omniuersorum cum gaudia suscepisti.* Hec enim paupertas iungitur tribulationi, id est, persecutionis ergo ad eam ipsedam ita Rutherfordus, Primarius, Arretus, Rupertus, Ticonius, Beda & alii.

*Sed dices ei.] In Deo, Dei confidencia, praesidio & prouidentia. Rutum, dices es, gratia & bonis sp̄irituabibus. Si: S. Iacobus cap. 2. veri. 5. sit, *Duces in fide;* & Ecclesiast. 44. veri. 6. *Homines duces in virtute;* & 1. Timoth. 6. veri. 1. *Duces in bonis operibus.**

Addit: *dices es cui nubil deest, qui est avarus & sua paupertate contentus, immo luxus.*

Veto Seneca epist. 3. *Honestus inquit, rex est lea paupertatis.* Illa vero non est paupertas, si lea est enim enim cum paupertate bene coenunt, dices es, non qui pauper habet, sed qui plus cupit pauper est. Et epist. 17. *Si vir vacare animo, aut pauper sis operari, aut pauper simili.* Et epist. 16. laudes illud Epicurei dicuntur: *Se ad nauram vives, nunquam eris pauper;* sed ut opimenes nunquam eris dices: *exiguum natura desideras, opium immensus.* Et epistola 1. 8. *Nemo est Deus dignus, quam quis opes contemptus, quareum pauperrime rabi non intercedat;* sed efficiens te si aliter intercede posse. Vnde dicta 1. Timoth. 6.6.

Denuo paupert es in terra, sed dices in celo; ibi enim multa habes tepefias opes. Pulchritudo Sanctus Augustinus, & ex eo Beda in illud 2. Corinth. 8. *Carissimi pauperi nos operas facili es;* Omnes ergo, inquit, bona fideliter dantes sunt: nemo se contemnit, pauper in celo, dices in confessione fervor dormit in terra, quem auro dices in purpura. Et Sanctus Hieronymus ad Heliodolum: *Afflatus dices es, qui cum Carissimi pauper es.* Et ad Pamphilium: *Pius debet preflari Corissi discipulus, quoniam mundi Philanthropus, gloria animal, & popularis aura atque rororum venale mancipum;* ut Cœtæ & alii, qui opes in mare abicerent, ut liberius philophaerentur. Christiano Philophopo, id est, Religioso, Christum fit omnia, ut qui omnia propter Christianum ducuntur, unum inveniatur pro omnibus, & libera polta voce proclamare: *Fors mea Dominus.* Sic S. Hilarius, ait idem Hieron. *Accensus fiducia pauperis cœcuntem luctabam in eo, quid nubil habere feci;* & quid ab ecclesiis membris pauperem.

Verè & pateticè S. Hieronymus histrio Sanctorum Pauli primi Etemite pauperis & feminidi, in nuda extemo viuentis & mortientis, ita concludit: *Libet in fine opacis es interrogare, qui sua parturient ignorant;* qui dicois marmora tuae refluerint, qui vos filio valeram infans predia: *hunc sensi nudo, quid unquam desist?* *Et genita bovis;* alleluia concusa manus satiata. *S'as in tunica austro sexum,* alle lucentum quadrum indumentum habui mancipi veliri. Sed contraria illa quaden pauperculo paradise patet, vos auris gelenna suscipiunt. Ille vestris Christi nudus lucet, iamne ferocior: vos vestris sericis sedamentum Christi perduci. *Panlus solitissimo palmarum copertus sacre resurrectionis in gloriam:* vos operosa faxi sepulchra premunt, cum velut opibus armari. Parcere quoque vobis: parceret saltem ducas, quia amasti. *Car' ambris inter lucte lacrymisque non cessat?* An cadaver a ducas nisi in servio patrestrare neceas? Obsecro, quicunque haec legi, ut Hieronymus peccatorum memoremur, ut, si Da-

A minus epitomem daret, nullè magis eligerebantur cancam Pauli cum meritis eius, quam regum purpuram cum pars sua. Idem scilicet & huius S. Augustini lib. 1. de Civitate. cap. 10. *Ia. ait, temporalis accipe aeterna;* da terram, accipe colum.

Blasphemari ab his, qui se dicunt Iudei effigiuntur sunt. *J. Et hoc idem est quod Propterea,* id est, infamia, vituperium, probum; *sed vbi Ecclesiastico lamur pro consilio iactato in Deum, vel Sanctos: subinde tanen in Scriptura generatim capitut in propria significacione, ut blasphemare sit idem quod infamare, conuiciari, calumniari.* Sic Paulus ait ad Titum 3. v. 2. *Admete illos & cernentes blasphemare.* Et 1. Corinth. 4. veri. t. 3.

B *Blasphemari, & obsecrari.* Sic Goliath dicitur blasphemalis Israeli, 1. Paralip. 10. 37. Sic Deus si fe dicitur blasphemum Meah, & blasphemus filiorum Amnon qui exprebraverunt populo. Ezech. 5. veri. t. 1. Et Iacob 5. 1. veri. 7. *Nasire, ait, timere opprobrium hominum, & blasphemari coram me misericordia.* Communitate tamen accipitur pro consilio in Deum vel Sanctos. Sic Iustinianus Imper. in Authentico confit. 77. ait, *Fames, terremotus ac pestilens, ad iras propter blasphemias Dei ministrari, hisque obnoxia supplicia existantur.* Vnde S. Ludovicus rex Gallie fonsit, ut blasphemantis lingua ferende cendente adstinetetur. Vtique modo hic capitur. Sensus ergo est, qd. *Blasphemari,* id est, iniuria lacessiris, & non fidelis & pius, sed quasi legi & iustitiae hostis, ut ipse Christi afflictionis & exercitandus exstimas ac dicitur à Indeis, qui se veros esse religionis Deique cultores mensurunt. Hi enim non sunt veri ludari, id est, Deum consientes & colentes, ut fuerunt Iudei, à quo dicti sunt ludari, aliquae patres eorum; quia hi Christum persequentes. Nam, ut ait Apostolus Roman. 1. veri. 28. *Non qui in mensa, Iudeus est, sed qui in abscondebitur, Iudeus est.* Hic feliciter verus ludarus, Deique cultor & confessio est, eni' *law non ex heresis,* sed ex Deo est. Prima enim Chiliasmorum persecutio à ludari, & per ludatos, qui Gentiles contra Christianos ascendebant, est fulsita. Vnde toties in Actis Apostolorum ludari Paulum persecuti leguntur.

Præclarè S. Augustinus in sententiis num. 12. Omnes, ait, qui in Corisco pte solam vivere necesse est ut ab impio & dissimiliis passantur opprobria, & deficiantur tamquam stolidi & infani, qui præstitia bona perdunt, & mansuetus filii præstitia promuntur. Sed hæc de species & origine in impiis interrogabimus, eam & abundancia errorum in egitatem, & superbia transfigit in confusione.

C *Miseros est Diabolus aliquis ex vobis in exercitum.* Ex his fuit Germanicus Martyr, qui feris & bestiis obiectus, immo vtrè obiecti scriptum; Polycarpus, qui igni traditus; & alii plures, de quibus Ecclesia Smyrnensis circulare scripsit epistolam lectu dignissimam, que exstat apud Eusebium lib. 4. hil. c. t. 5. in qua describentes constantiam Martirum in persecundis doloribus, inter alia dicunt: *Stupebant circumstantes flagris eis ad intinas usque venas & arterias dilaceratas, ita ut secreterea illa corporum penetravat, viscera & membra patetula viserentur; deinde & conchas marinæ, & acutes quoq[ue]dam obiectos Martiribus subfractas, & emme genui suppliciorum & tormentorum illarum ac tandem eis bestiis ad denudandum tradidit cerventes.* D 1 P^r

Pt tentamini.] id est, variis zrummis & erucis-tibus probemini. Verè S. Gregorius homil. 9. in Ezechiele: *Abd. ait, fieri non valer, quem Cora malum non exercet.* Et Sanctus Augustinus in psalm. 54. *Non pacem, aut, gravis malus esse in hoc mundo,* & *sola bona de illa agere Deum, omnis malus, aut ides tuas, ut corrugare;* aut ides tuas, ut per illos bonum exercitatur.

Et habebitis tribulacionem diebus decem.] Decem, id est, omnibus diebus vita: *in quo munera gaudi locutus est vobis vita humana tota est tentatio.* ita Ptimus Beda & Rupert. Denarius enim in Decalogo & alibi significat virtus etatem, capituloque pio omnibus.

Secundò, Andreas Calixtieni. Aretas & Alcazar, decem, id est, pauci, dubio. Simili enim modo decem pro pauci caput Numer. 1. t. verf. 19. licet illis ob circumstantiam, decem fumarum pro multis.

Tertiò, Beda, Haymo, Lyranus & Joachim ponunt huc significati decem persecutiones Christianorum per Romanos Imperatores excitatae, quæ numerantur à Nerone usque ad Diocletianum.

Quarto, Lyran. q.d. decem diebus, id est, perfectam habebitis tribulationem: denarius enim est symbolum perfectionis.

Quinque, idem Lyran. decem diebus, id est, inquit, decem annos.

*Sexto, Sanctus Ambrosius, decem diebus. Quia, inquit, licet ista tribulatio pluribus diebus & mensibus daret, decem tantum diebus erit at-
tissima.*

*Septimiò, & opinione, Peterius & Ribera, de-
cem, id est, multis, diebus. Sic lob ait cap. 19.
verf. 3. *Fu decem, id est, sape, confundens me.* Numer. 1. 4. verf. 2. *Tentauerunt me iam per decem,* id est, per multas, pices, T. Reg. 1. verf. 8. *Numquid non ego molles sis sum, quam decem, id est, multis, filii & pusilli albi.**

*Littera foliis tuis adhortorem, & dabo tibi corona-
Quarto, clavis quae aperit paradisum est crux, sicut Hugo & Alberus. S. Chrysostomus homil. 4. de Cruce, & Alazar : *Cruce;* sit, Christi est velut clavis, qua ipsa calum aperitur, & velut instrumentum omnipotentie Christi, quod est clavis regis, qua omnes res claudi & aperiunt possunt.

Quinto, clavis haec est penitentia, ut idem Hugo.

Sexto, S. Thom. p. q. 17. art. 1. ad 2. hunc locum intelligit de clave & clausura, qua Christus resurgens limbum Parvum clausit, ne quis ultra illuc descendat, itaque calum Ad peccatum clausum, sua morte nobis aperiat. Rursum in respons. ad 3. Clavis, inquit, inferni, qua ipsa aperatur & claudatur, est portas conferendi gratiam, per quam homini aperiat infernum, ut felicitas ex ea a peccato, quod est porta inferni. Claudit vero infernum preferendo hominem, ne ultra in peccatum relabatur.

Septimo, & optimè: clavis haec est templi Davidis & Salomonis, id est, est clavis Ecclesie, cuius typus erat verus Iudaorum templum. Clavis ergo haec significat, Christum habere summam potestatem in Ecclesie, ut illam aperiat illis quos per suam gratiam ad eandem vocat; claudit vero, id est, excludit ab ea, quos habere non fuerit, prout infideles, qui refutant fidem & gratiae Christi. Loquuntur de Ecclesie quasi de una domo, prout templo, cuius clavis habet Christus. Vide sequitur: *Ecclesia dedit carum te sibi aperire;* ut felicitate te predicante, multi per gratiam meam ad fidem veniant, & Ecclesie intrene, quos nec Dominicianus, nec minz, nec petre pro- D hubere posuerunt: *obitum enim apertum significat occasionem, opportunatem, facultatem, siquid, ac copiam conversionis hominum ad Ecclesiam.* Christus enim ut homo (de eo enim hic agitur) est summus Dei in Ecclesia minister, Ponitex & Rex, in dō Rex regum, & dominus dominantium. Quocirca clavis haec Christi ad appetendum & claudendum regnum calorum, fine dubio includit potestatem excellenter ad remittendas non solum penas, sed etiam culpas; cuius participatio omni communice Apollolis, ut Franc. Suates tract. de penitentia disput. 16. fedt. 4. Vnde recte ipse infert: *Ego Petrus & Apolloli habent potestatem absoluendi a peccatis, itaque aperiendo;* ac ea remittendi, itaque claudendi calum. Ita in vita S. Iohannes Chrysostomi legimus, S. Peterum et apparet, se dedisse duas claves, dicendo: *Ego sum, qui confusus sum filium Dei habeo* potestarem remittendi peccata, ista clavis sunt signum rei iuridictionis. Rursum, haec clavis inservit potestis & imperium Christi in mortem, & infernum, de qua dixit cap. 1. *Ego habeo claves mortuorum & infernum.* Alludit enim ad persecutions Ecclesie, immittentes qui dicunt, Inquit Ecclesie graues velationes; sed ego so & Philadelphie, qui modice ex virtutis, ab in seruando im-

A monem & iudemem tibi habeo: enim claves tam Ecclesie, quam mortis & inferni, omnino supremus fuit Dominus, ita Alazar. Sic Christus. Matthei 16. 19. promisit Petro, quasi Principi Ecclesie, claves regni calorum: *Principibus enim datus clavis orbium, ut eas aperiant & claudant quibus voluerint.* See cap. 9. vers. 1. *Vnde ait, filium & datur ei clavis portarum abyssi.* & aperient portas. Et cap. 10. vers. 1. videt Iohannes angelum habentem clavem abyssi. Alludit ad Iaia 2. 2. vers. 1. vbi de Eliacim filio Heliaco, quem amorem Sobna in pontificatu veteri Deus substituit, dicens: *Dabo claves domus David super humerum tuum;* & aperies, & non eris qui claudas. & claudas, & non eris qui aperies. Vbi Eliacim promovit fumum poecitas in domo & sulla regia, ut primus fu rege; vel ponitis, ut Hieron. & Hebr. summa & postulativa poecitas in templo: hoc enim dicitur domus David, quia David Salomonum totam ideam & fabeticam templi delineauit, & preparauit. Sensus ergo Iaia est: quasi dicat, Dabo Eliacim Pontificarum, ut sit praefectus templi, illudque claudas & aperias ad fibrum. in S. Hieronymi, Cyrillos, Procopius, Haymo, D. Thome, Lyranus, Dionys. ibidem, & Ticonius, Primas, Andreas, Arcatas, Beda, Anselm. Ribeta, Peter, Alazar hic.

Ecclesia dedit carum te sibi aperire (predicationis & conseruationis Gentium) aperiat; quia medicina buber vivit. J. Grätz *Apocalypsis,* id est, potentiam: quasi dicat, Quia ex te infirmus es & debili; hinc ego deo obitum tibi aperatum, & scilicet non tuus, sed meus viribus, & me aperiens, non tantum Genes, fed & Iudeus, adducas & inducas in Ecclesiam. Hoc est enim quod subditur, *Ecclesia dedit te frangere foras;* qui se dicens indecessus est, non sunt: Ecce faciem illas ut veritas & ad- rem ante pedes tuos.

Iochanan Abbas hanc prophetiam Angeli Philadelphia intelligens de Ordine quodam novo futuro in Ecclesia: quem, ait, deligans Iesu, qui per multos alios preclarus est & amabilis, & tempore novissimo multiplicandus & dilatandus. Multi folicipati sunt cum designata Societatem nostram, ut referat fusus hic Virgat. fedt. 3. quod in ea sit Philadelphia, id est, amor fratrum. Secundum, quod ei dicat hec, *Santum & verum;* quia contra infideles & hereticos, arque at malos Christianos Societas hac pro fidei veritate & sanctitate depugnat. Tertio, quod Deus ei de- dedit osium aperatum ad conseruationem Gentium. Verum, haec obscura, & incerta sunt; adeque. Tertius enim confit Iochanan in Apocalypsi non tam propheticaz, quam diuinale & conjectuale ex S. Scriptura. Et clarum est hanc eius explicationem non esse literalem, sed my- E sticam.

1. *Quia medicina habet virtutem.* J. Praelat, Ioa- chimi, Lyranus & Dionysius exponent: quasi dicat, Non accepisti donum magna, id est, miracula parandi. Vnde et Ticonius exponit, quasi dicat, Modica tua est fides. Magna enim fides requiritur ad miracula, ita illud: *Sed habemus si- dem sicut granum simum.*

Secunda, Ambros. & Victorinus: quasi dicat, Non accepisti magnam scientiam & intelligentiam S. Scripturae.

Tertio, Richardus: quasi dicat, Imbecillo es corpore & medicina habes vires. Alij habet tria

In Apocalypsin. Cap. III. 59

Iungunt, q.d. Modica tibi est sanctitas, modica sanctitas, modica sapientia. Vide ergo quim si modicus, & quim modice de te sentire debes.

Quarto, Robera: quasi dicat, Parus polles gratia, & poteris facultati; paucos potentes habes amicos, qui te ab iniuriorum iniuriis tecum curant (vnde notar Andreas, vrbem Philadelphensem exiguum fuisse, & ambitu & eiusum numero) magnas tamen vires habes patientia & virtutem; quia, ut sequitur, *Seruans verbum meum, & non negavit nomen meum.*

Quinque, Primus Haymo, Beda & Thomas: *Modicam, id est, humilem & modestam: quia dicat, Agnoscit te parum posse, parus habere vires, quia non inibi, sed in Deo spiritu reponit.*

Sexto, Albericus: *Modicam habet virtutem, respectuam, scilicet respectu officii clausi Evangelicae predicationis, quod tibi appetendum est. Aut, ut Thomas, modicam, respectu magnatum virium, quas habebis in celo.*

Septimo, & optimè: quasi dicat, Modicas habes vires ad conversionem infidelium, praesertim Iudeorum; vnde eas ego ipse supplebo, & augebo, faciliusque vi eos supereres & conuerteras. Hoc est enim quod paulo ante dicit: *Ecco dedit cor am te omnium operum.* Vnde & subdit: *Ecco dabo de synagoga faciana, qui se dicunt Iudei eis, & non sunt, sed metuuntur: Ecco faciam illos et venient, & aduersent ante pedes tuos. Deus enim sapit ad teas magnas, qualis est conuersio animatum, virtus hominibus infirmis, indolitis, infasciatis, refite. Aproposito 1. Corine. 1. vt ostendat non ipsorum, sed vi virtutis illi hoc opus. Vnde rectè colligit Alcazar, prædicatores minus sanctos sepe plures conuertent, quam conuertant iij qui sanctiores sunt: vñ S. Iacobus viuentis & in Hispania prædicans, paucos admodum conuertit. Sic Iudeorum connectionem promovit hic Christus Philadelphio, quam negavit cap. 2. ver. 8. Samptuarii, qui erat probatus & feliciter virtutis. His vetum est illud Aproposito 1. Corint. 1. ver. 9. *Virtus Dei in infermitate nostra perficitur.* Vide ibi dicta. Aut ergo: *Modicam habet virtutem: quia ad Iudeorum conversionem magna requiriuntur vires spiritus, prædicationis & zeli.* Licit enim ad hanc conversionem validè iuuer scientia, eloquencia, miracula, nihil tamen eam ita promouet & perficit, atque robusta fanditas, & zelus efficax prædicatiois & Episcopi. Hec enim erum, labores, persecutioes, difficultaque omnes in hac re occurrentes fortius non tantum tolerat, sed & superat ac perfringit. Atque haec deessa Episcopo Philadelphio. Vnde eam supplices Christus ait: *Seruans te ab hora tentacionis, que ventura est in orbem universum.* Quocumque monens eum, ut eum Dei gratia fortior cooperando, cam fibi comparet, & imbecillitatem supererit, stimular eum proponens ei appositum præmium solidam columnam: *Qui ticerit, inquit, faciam illum columnam in templo Dei mei, ita Rupertus, Andreas, Aretas, & Alcazar.**

Et formalis verbum meum, pœna fidei, & doctrinam Evangelij. vnde explicat subdit: Et non negavit nomen meum.] q.d. Licit sis modice virtutis, tamen eam nœc expendisti, ritè ea vius es, me felicet eam protegente & corroborante: quocumque esto fortis & durum martyrij agonen non obieris, nec aliud ob virium imbecillitatem

A obire possis, tamen non negalii, nec tribuisti nomen meum, sed illud confessus & profulus es. Quapropter ego te, talique vires promouens iis utrū ad res magnas, faciamque ut conuertas Iudeos, vnde sequitur.

Ecco debo de synagoga faciana, qui se dicunt Iudei, &c.] Quasi dicat, Ego Iudeos, & Iudeitanos, qui fuisse habent Synagogam, non Dei, sed facian, & quia contra Christum & Christianos conspirant: Iudeos iniqui, conuertam, dabò que tibi subdito, ut conuerti ad Christum, adorent, id est, procedant ante pedes tuos, & supplices tibi, quasi Episcopō suo, omnino fesse subiulant.

B *Aduersent ante pedes tuos.*] Significatur summa fiducia deo, trascendens & sublimis erga Ecclesiam, & iisque Prelatos. Hac enim adoratio procedit ex apprehensione excellentie Prelatorum plenumq; humanæ, & minus quam diuina. Sic Nabuchodonosor, licet Gentilis, Daniëlem adorauit, cum ei spiritu diuino sonnum suum retulisset & exposuisset, Daniel. 2. 46. Sic filii Prophetarum audientes spiritum Elie regnante super Elioseum, adorauerunt eum proximi in terram, 4. Reg. 1. 15. Simili modo Abdias procurator Achab regis adorauit Eliam Prophetam, 3. Reg. 18. 7. Sic beatissimum Petrum pescatorum, modo genibus premulsi adoras: *Gentilium multitudine,* ait S. August. serm. 1. de S. Petro & Paulo. Sic olim fanius Confessores obtestabantur, dicentes: *Obsecramus vos per vestigia vestra, in ista Magdalena que prostrata ad pedes Christi, veniam peccatorum precabatur, Luce 7.v.38.*

C Audi S. Chrysostom. hom. 1. in Acta Apoll. Primi fideles, inquit, pretra ruram penitentia ad pedes Apollerorum, non ad manus, declarando fidem, putatas & reverentiam, quam habebas Apolleum, & quid maius dicebas, quid ab eo recuperatur, quam quid ab eis donarentur dona. Idem hom. 59. ad populum Antioch. cum monachis, & monachos adest, coramque pedes osculando depetratur. Accide, inquit, sanctis tangere pedes. Malo namque locutissi est Iohannem pedes tangere, quam dilectorum capit. *De omni nisi, si quidam queruerit pedes apprehendere, quantum regiam tantum habent figuram: non ipsum in se habentem Christianos non pedibus tenetis, & saltem eis & sancti sunt pedes, sicut viles sint: iniquitatem vero neque caput venerandum est.* Sanctorum namque pedes magna porturunt: quamobrem & dilecentur eis pedibus palmarum exconferunt. Idipsum perdidit Iohannes cap. 49. ver. 12. *Erunt reges nrae tui, & regna nrae tue.* *Vidu in terram denique adorabunt eis, & palmarum pedum mormem ligent. Vide ibi dicta.*

D *Quoniam formalis verbum patiens mea.]* Vers. 10. E hom. id est, exemplum, ait Haymo & Beda. Secundò, & genuinè, verbum, id est, præceptum, & promissionem patiens mea. Sic enim S. Ioannis in Evangel. sapientem meum significat. Vox quoniam, ad sequentia referenda est, non ad præcedentia: quasi dicat, Quia tu feruisti præceptum meum, quo felicet ego præcepi, ut patienter, longanimitate & perseveranter ferres omnes persecutiones ob spiritum auxilij

auxiliū & liberationis meū , aequo ob promissio-
nem coronæ eternæ , hac de causa dabo tibi p-
mittum quod subdō , scilicet : *Ego seruabo te ab ho-
ra tentationis , que ventura est in artem uniuersi-
tatem .] Ab hora , id est , à tempore . Tempus enim
tentationis viri huius , quia brevis est , & velut
tempes transiens , hinc vocatur hora . Viderat
loqui de tempore , & persecutione Traiani , que
valida fuit & vniuersalis , aequo instat ignis exar-
fir , sed mox defit & velut rubeo petratur . De
qua Eusebius lib . 3 . histor . 31 . ita Ribera & Al-
cazar .*

Addit Alcazar , horam Græcis latiis patere ,
& absolute significare tempus . Hinc quatuor
anni tempora , vocant horam cœlum , horam
autumnū , horam hyemis , horam veris . Sic horam
iuentutis , vocant etatem iuentutis . Alludit &
ludit in voce verbum , quasi dicat , Quia tu seruasti
verbam meum fideli executione , ego vicissim ,
qui sum Verbum Dei , seruabo te fideli protec-
tione , ut , cum pondas persecutionis future ob-
vites modicas , quas habes , sufficiere non possis ,
illud è te amolias , ne et cum aliis iniquitas ita
Alcazar . Minus rectè Thomas Anglicus exponit ,
quasi dicat , Seruabo te , non , vt oon tentaris , sed
vt tentatio non vincatur . Sic enim dicens de-
busset : *Seruabo te ab hora .* iam autem dicit : *Ser-
uabo te ab hora .*

VII. 11. *Eccles venit cœla .] Te adiunctor & coronauerunt
vnde Rupert . & Richard , putant hic significari
hunc Episcopum citò moriturum . Excitat ergo
illam ad persecutantem , proponens ei , Primò ,
brevitatem vitæ . Secundò , protectionem & opem
exlestrem ; Tertiò , coronam aeternam .*

*Tene quid habes , ut nemo accipiat coram tuum .] Arabicus , tene quid habes . gr case ne quis
accipiat coram tuum . Tene . id est , perge tenere ,
retine constanter . Significat enim *Tene actuam ,*
non inchoatum , sed continuatum . Licit enim hic
Episcopus ab ingenti illa & vniuersali tentatio-
ne , Dei protectione esset futurus immuni . tam-
en non erant etiam minores defuturæ , quales
quoridic incurvant in vita hominis , & maximè
occurrebant Christianis initio Ecclesiæ . *Tenue
enim (gr accipere)* , id est , locus tentationis ,
studium & agor ës via a humero super terram , sit
S. Job cap . y . 1 . ita Sepuag . *Tene ergo quid ha-
bes , id est , retine fidem & patientiam quibus oc-
currente temptatione & afflictione , ne quis coro-
nam tua fidei & patientie promissam & prag-
matam , non absoluē , sed sub conditione (si vide-
licet pretest & persecutes) te non perflanet , sed
cadente , accipiat .**

Pulchrit Rupert . *Tene quid habes , q . d . Tu in
bambulata ferme pede confusile , ne metu pede corrues ,
corrunde coronam tibi preparaverunt amicti , &
alii tibi faciendo eam accipias .* Sensus ergo est ,
q . d . iam fortiter & feliciter in studio Evangeliz-
azz vita & doctrinæ decurrente & decertando
victor penè coronam tenes , illa iam quam est
tua ; quia in tuis manibus , in tua est potestate .
Vide ergo ut illam constanter retinas , nec tibi
ab alio eripi finas . Simili modo ait S. Paulus 1 .
Corint . 9 . 24 . *Sic corrue ut comprehendas .* Allu-
dit enim ad morem Agonizantium , qui ex aliquo
eminenti loco appensam coronam , incitato
quam oscillante curu manibus entropiebant , ut
erudit probat Petrus Faber lib . 2 . cap . 27 . Ago-
nizati . Quòd respxit S. Chrysolophenus homin . 7 . in

A epist . ad Hebreos . *Abiue pender bracium . Et Chrysolo-
phus ferma . 15 . de Infantibus pro Christo neca-
tis : Confessior tacentes , nefantes pugnant , tan-
cent inscrij , ignorari solant palmas , certe rapiunt
ignorantes .* Celsiodorus demique lib . 11 . Vari-
cum cap . 35 . *Si Olympiaci curru agitaver repa-
rare post labores .*

Hinc pater Primò , justos & sanctos viros , etiam
à Deo laudatos , posse à gratia & virtute excide-
re , ac neminem esse ceterum de sua persecutio-
ne , & salutem . Secundò , etiam prædeftinatos
per absolute excidere à gratia ; quia possunt gra-
tiam prædeftinatione negligere , ac proinde non
eligi ad gloriam , nec coronari . Nec è sensu com-
posito excidere non possunt ; quia completa præ-
deftinatione includit præficienciam persecutio-
ne , & consequenter salutis & glorie . ita S. Thom . 1 . p.
quest . 23 . Tertio , *tene quid habes , innat huic
Episcopo modicam fuisse virtutem , ut dixit vers .*
8 . ut illi de lapsu fuerit periculum . Vnde de eo
illum hic moner , ut contra illud se munias &
corroboret per confianciam . ita Alcazar . Quartò ,
significatur hic Deus solete vno eadente alium
eius loco & premio subdituere . Sic homines an-
gelis , Christianas gentes Iudeis , Machiavilis
laudes substituerunt . Quintùm Primalis Beda , Amberg .
& S. Augustinus lib . de Corresp . & gratia cap . 15 .
hunc colligunt , certem & definitum esse præde-
ftinatorem numerum , qui nec augeti possit , nec
minui ; ideque non solum formaliter , sed mate-
rialiter , id est , non solum quod tot salvandi sunt
sed etiam , quod hi & illi nominantur , non alijs ,
inquit D. Thom . 1 . p . quest . 2 . art . 7 . Quod in-
tellige de prædeftinatione completa , que inclu-
dit præficienciam futurae persecutio[n]e clero[r]um
& clero[r]orum . Alioquin si de inchoata loquar , ab-
strahitque à præficiencia persecutio[n]e , nec for-
maliter , nec materialiter , certus & definitus est
electorum numerus , ut patet ex hoc loco : *Tene
quid habes .* Senitus enim est , quasi dicat : Potes
electione tua excidere , vide ne excidas . Contraria
tamen videatur velle Primalis Beda , Amberg
& S. Augustinus loco citato , scilicet , faltem for-
maliter ante præficienciam , certum esse nume-
rū electorum : v.g . tot præcise coronas esse de-
creta , ita ut si vna ab uno auferatur , illa detur
alteri . Hoc enim hic videatur dici . Nam bonum ,
quo communis , eo diuinius est , ait Alcazar .
Itaque , inquit , ipse Deus quasi sapientissimus ar-
chitectus ante omnia definitus , & mente designatus
Ex Ecclesiæ celestis fabricam , quoniam scilicet in
ea futuri sint præcise sancti & electi , quasi vni
lapides : non phantes neque pauciores ; que in
eo certinat exactissima & sapientissima eius dis-
polatio , & apta rei definitoria proportio . Sic uero
in edificio materiali prior est numerus lapi-
dum in mente architecti , quem huius vel illius la-
pidis electio : reprobatio autem huius aut illius
lapidis coniuncta est cum alterius substitutione
in locum eius , qui dum incidetur aut poli-
tur , inuenitus est invitus . Ita in spiritali elec-
tissimi ciuitatis edificio , numerus electorum est prior
intentione , quam huius aut illius hominis fatuus
& reprobatio eius qui erat vinculus & iustificatus ,
semper coniuncta est cum alterius substitutione .
ita ipse .

Verum respondeo , hoc non semper , sed sub-
inde fieri , videlicet tunc , cum quis alteri in offi-
cio succedit ; ut hic vno Episcopo decidente ,
alius

Prædeftina-
ti possunt
damnam ,
et respa-
non dam-
bentur .

An certus
sit electio[n]
numeris
ante præ-
ficienciam
finalis per-
fecione ut

Resp. nega-
tiva .

In Apocalypsin. Cap. III. 61

alius ipi in officio , ac consequenter in corona , si alter ab ea exciderat , succederet . Alioquin enim Deus , qui omnes ad has coronas vocavit , cuique suam preparauit . Deus enim non homines coronis , sed coronas hominibus preparauit & adornauit : corona enim est pedes hominem , non homo propter coronam . Secus est in domo : ibi enim lapis est propter dominum , non dominus propter lapides . Adeo , architectum prius quidem designare partes domus in communione ; non autem in particulari , ut , v. g. in ea sint tot praecise lapides , non plures : hoc enim est impossibile . Idem facit & Deus : nimirum mente de- stinavit ab aeterno , ut in caelesti Ierusalem essent tot ordines Angelorum & Sanctorum in com- munione , v. g. ut in ea esset chorus Prophetarum , chorus Apothorum , chorus Martyrum , Episcoporum , Coepiscoporum , Virginum , &c. Non autem destinauit , ut tot praecise in ea essent Prophetae , non plures ; ut Virgines & Martyres , non plures . Hoc enim nimis arctum & minu- tum est , quam ut debeat summam illam maiestatem , cuique liberaliter , & communione prouidentiam . Quid enim decoris debeat ordinis Prophetarum , si unus in eo sit amplius , vel minus numero , ut ipsi volente , à Deo praefectos ? Quid Virginum , Confessorum , Monachorum , Martyrum choro accederet , si in eo praecise sunt centum millions virginum ? Quid decedet , si in hoc numero unus alterius deficiat ? Omnibus hos chores , & eorum brauia proponit Christus , omnes ad illos inuitat , omnes coronas co- rum bene obseruat . Vult ergo non tantum omnes falso fieri , sed & ad nobiles haec coronas magna virtute , & sui victoriae quilibet , nemine excluso , emit . Ergo non certantes coronis , sed coronas certantibus & vincientibus adspiciunt & praedestinavit . Non ergo tot praecise coronas , v. g. centum millions , praedestinavit sicut in genere & communione praedestinavit , ut tot essent coronae , quae esse futuri in agone & certamine suo vi- ctores .

Simili modo rex & princeps nouam urbem D condituras , prius describit ideam generalem vir- bis , v. g. ut tali loco sit forum , tali templum , tali domus ciuicae ; tot sibi placeat , tamen inuenient ambitus , &c. Non autem describit singulas domos in particulari . Rursum describit singula of- ficia & opificia in urbe necessaria , non autem singulos ciues . Denique si quis officialis , vel opifex urbi necessarius deficeret , curaret alium surrogari . Ita fecit & Deus in sua praedestinatione , qui primam ideam descripsit Ecclesiis tam militantis , quam triumphantis . Unde si quis Episcopus (vti erat hic Philadelphensis) Pastor , aliisque Ecclesiis necessarius aut per- tenuis deficiat , mox curat ei alium surrogari ; pra- festum si fideles , vel Ecclesia idipsum petat & eret .

Ita cum est quadraginta Martyribus , in stagnum gelidum ob Christi fidem conicatis , unus vim fel- goris non ferens deficeret , & ex stagno exiliret , mox in eius locum custodem Martyrum surro- guavit , quia idipsum Martyres obsecraverant . Una enī omnia erat oratio , ait Sanctus Basilius homil. 20 . *Quadragesima in fidem ingressi sumus , quadragesima vero Domine corona denuo sumus , ne una quadriginta hunc numerus deficiat . Etsi ut honore hic nu- merus , quem tu quadraginta dierum secundum decen-*

*A rebus , uti & Moies & Elias . Quocirca Deus eos exaudiat , suscitare ianitorum , qui & illorū oran- ter , & lice circumfatos , & solitam glaciem , & quoddam ex celo descendentes angelos tamquam à rege milios , qui coronas 39. milibus distri- buerent , insuens , ut secum loquebatur : *Quadra- ginta hi sicut quadraginta corona vobis est . Que- dum cogitat , videt unum , cui animus ad frigus ferendum defecerat , exisse in proximum balneum , quod tyrannus deficiens preparari inlerat . Quocirca ipse sibi detracit vestibus , Christianum se profelit , in gelidam inficit , ac Martys effectus , coronam , quam quadragimus amiserat , accepit .**

B Ita Sanctus Franciscus initio Ordinis sui , cum pauci essent , & nonnulli deficerent , adeo ut Franciscus timeret , ne Otto deficeret , aut valde deprimeretur , ac nimis lete sacerdotem , idēc ut se valde affligeret , Dominusque ut hoc auerteret , obsecraret , audiuit ab eo : *Quid tu- beris Francis , aut quid angeli , cum tuorum fratrum quipsum vel Ordinem defera , vel in Ordine scandalum crederis ? Ad foris existimat ut te religio huic gregis confundat , ut non me intelligat supererum eum esse rellorem ? Quis cum planius , nisi ego ? aut quis prater me homines ad pauperi- tatem vocat , vel vocari persequendis vices suppeditat ? Ego eis perdidi , ego eis renovereb & seruabo : ego illa cadentibus alias origam atque substituam , ac , si unius ad omnium redetas , ego in eum locum ad- ternum excito , qui ultime coronam accipiat , sicut si mundum nunc fuerit , efficacem ut nascatur . Quod si tres tantum in ea permanferint , et ipsi nonnullum deforant , sed ora bas semper famula mra . Ita referit Sanctus Bonaventura , nimium hor tribuit Deus tunc precibus Sapientie Francisci , tum Ordini ipsi à se instituto , tum Ecclesie suz , cui hic Otto , vti & ceteri , perutiles est . Quocirca miram Dei in consecrandis per tota secula Ordinibus Religiosis , semperque propagandis , & laben- te uno alterum surrogando , prouidentiam cer- nito .*

Ita labensibus in martyrio nonnullis debili- bus , timidis & inconfannisibus , Deus , ut fidei , ac glorie , & Ecclesie suz decus noveret , mox alios substituit , qui pro deficientibus martyrio sece offert , & eorum coronam accepient . Illustrē est exemplum in vita Sancti Nicephori Martyris 9. Februario . Hic enim pro Sapien- do deficiente martyrio le obulit , cuique corona accepit . Cūnam enim Sapientius presbiteri Antiochiae , post multa tormenta fortiter sole- rata , ad mortem fidei causa damnatus est sub Valeriano Imperatore , iamque iustum gladij exce- piatus est , occurrit ei Nicephorus , cum quo similitates getebat ; cūmque Nicephorus identi- dem ab eo posceret , sibi ignotis , & in granam cum eo redire , ille oblinians renunt , cuique offen- sam condonare noluit . Quocirca Deus ei gra- tiam subteraxit : quo factum est , ut fidem Christi sumique nejans liber dimitteretur . Quid cer- nens Nicephorus , & ingemiscens , se pro fide Christi torturibus generosè obulit , ac à Præside damnatus , martyri laetare merito humilitatis & charitatis obdinevit , quam Sapientius ob suam superbia & inclemenciam ita Dei iudicio amiserat .

Denique ita Deus libenti Sauli Davidem , Tertulliano Cyprianum , Origeni Cyriallum , F Ruffino

Quando
Dives vocem
alteri sub-
stituerat in
corona .

Ruffino Hieronymum, Pelagio Augustinum surrogavit.

Aer flumen ad veritatem.

Hoc ergo acti simulo quicunque se excitat ad virtutem agoem, dicisque libi iugiter: *Tene quid habes, ne alius accipiat coram tuum.* Ita S. Alexander se excitatbat dicendo: *Via nobs Alexander, quanta eris confusio tua, cum easter corosubatur.* Rursum, *sab patribus regebat undas, & humiliabatur; in nobis autem auras, & superius, Hec nobis filii, quae conseruantes veri angelicos defensionem.* Item dicenti & excusatim le: *Pater informi sumus; respondit: Crude fili, olympi corpore, & robustis sumus; sed anima nostra imbecilla est.* Ita refert Sophronius, aut ponit Moschus in Prato spirituali cap. t 68.

Postea hac sententia, *Tene quid habes, facet illi sententia Theologicum, quae afferit Deum neminem absoluere eligere ad gloriam cœlestem, nisi post prævia merita. Unde & Chiliss omnibus hisce suis epistolis gloriam hanc nulli, nisi Vincenti, promittit. Quocumque Gabriel Valquez 1. part. quæst. 2. 3. disputat, 89. capite 10. Si deinde, sit, ad gloriam fala estis ante prævia merita, frustra dectis ducetur: *Tene quid habes, ut alius accipiat coram tuum.* Nam si nullus us habebat tam in manu sua, ut posset amittere, reddi responderet, depositum iste in manu Dei, de qua nec vilis alius rapere, nec ipse electus amittere posset. Si enim Deus habet clavum, & ita claudit, eo nemo aperte posset, & aperte, ut nemo claudere possit, recte ita electis clausa erit iarma inferni, & aperta regis calvarum, ut non in manu corrum sit, apertam libi claudere, & clausum aperte: quare non erit ipsi liberum, clausus ianuis in infernum intrare: contraria vero ipsi regis calvarum ut aperto, nemo impedit illis, si velut ingredi, quacumque ratione in hac vita vicerit. Decretum enim Dei per seculum, inutilabilem & ineluctabilem est, ac necessariam impleti debet, quidquid agas. Quare non videtur is, qui electus est ad gloriam abfoluit ante prævia merita, manere liber, ut eam perdere, & gehennam libi accedere possit; fed necessariam ex efficaci Dei decreto salutibatur, ac impossibile est cum damnum quidquid agat. D E Decretum enim Dei à se excutere nequit; ideo illud ipse ignorat. Pericula enim ut regi impotens ad ambulandum, verè non est potens, nec liber ad ambulandum, etiamque ipse se impotens, tem ignorat, & potenter potest. Rursum, sicut is cui Deus concursum suum liberauit, non est liber, nec potens ad agendum, etiamque ipse id ignorat, & potenter ac liberum se putet: ita & hic electus, per decrenum Dei efficax & absolutum beatificandi ipsum, beatitudinem efficiens, definitus & astrictus, videtur non esse potens, nec liber ad eam excutendam, & ad precipitandum se in gehennam, etiamque ipse ignorans Dei circa se decreatum impotentem se ignorat, & potenter ac liberum pater. Sed haec alibi disputanda sunt.*

VERS. 12. *Quæ sacerdoti, faciem illam columnam in templo Dei nos.* [Quasi dicat, Faciam, ut si quis firmus in virtute perficitur, vicerique omnes tentationes, sit magnus & gloriös sum in Ecclesia, iam in celo. Alludit ad duas columnas templi, Boos & Iachin, &c. quibus 3. Reg. 7. vt fuisse ostendit hic Viegas fecit. 6. & Alcazar notat. 1. vbi condensas duas columnas Salomonis, fusse quasi trophæa vñctoriarum Davidis, eretta ad imi-

tationem columnarum duarum, quas Heraules (qui dacentis annis praecellit Salomonem) fixit in Gadibus, hoc titulo, *Plus ultra*, ac praefigurasse, sapientiam sanctitatis (hac enim sunt duas columnæ Ecclesiæ) iungendam fore in Ecclesia Christi. Boes enim Hebreæ idem est quod, in fortitudine: *Iacobus* idem est quod, *preparatio.* Boes ergo significat instrumentum, lachini effigiam. In predicatione autem Euangelij, quis non videat lapidem esse velut instrumentum, sanctitatem verbis esse eam, quæ verbo tribuit effigiam?

Sic Machabeis in sepulchris erectæ sunt columnæ quasi trophyæ vñctoriarum, t. Machab. 1. 5. ver. 29. Sic Roma videmus columnas Trajanæ & Antonini, quasi trophyæ, quibus inculta sunt omnia eorum gesta de vñctoë. Et Trajanæ quidem alta est 120. pedes, crassæ aded, ut sex homines expansis in orbem brachiorum cum complecti vit possint; atque interius per coilem ab imo ad summum ascendentes ac si effet turris.

Vnde Richardus de S. Viator. Primo, sic exponit: quasi dicat, Effigiam, ut qui vicerit persecutions & tentationes, sit columnæ, hoc est, si in se firmus per fidem, resiliens per aquilonem, resiliens per intencions, sublimis per contemplationem, fluentia alijs verbo confunditorum, suffragio orationis, exemplo alienius.

Ez Primitius, Columnæ, ait, in fabricæ & munitioni congruit, & decora. Sic c. mundi vñctores in Ecclesia constant munera dignissimis, & portant alios officia charitatis. Ita columnæ hanc de Ecclesia triumphantibus explicat Ribera, de militante verò Ticonis, Haymo, Beda, Andrea, Areias, Anselmus, & Alcazar, qui multa id probat.

Secundò, Ambrosius, *Faciam*, ait, illam columnam, id est, predicatorum in Ecclesia, quoniam Paulus Galat. 1. ver. 9. Petrum, Iacobum, Iohannem vocavit columnas. Verum quia Origenes, Tertullianus, & alij, qui erant quasi columnæ, ceciderunt, melius, inquit Ambrosius, *Faciam illam columnam*, id est, faciam illum excellum in celo, ex quo non egrediebas amplius.

Tertiò, Abbas Joachim: *Faciam illam columnam*, id est, Praelatum: hic enim Primo, corpora terram, menso calum tangit; Secundò, per vitam adhucm inferiortibus inhaeret, & tamen per contemplationum sursum aspirat; Tertiò, multis tribulationibus expolitus; Quartò, Praelati inter procellos tentationum turbines, superpositam ipsorum curse machinam insuperabilitate portant; Quintò, sunt tranquilli & immobiles.

Notat Peterius, in columna oculo res spectari & laudari, scilicet reclinandum, altitudinem, crastitudinem, firmitudinem, rotunditatem, levitatem, colorem, & materiam, quæ facile est accommodare Prædicatori, Prætato, & culiber excellenti Sancto in Ecclesia, & maximè in celo, vbi Sancti hi quasi columnæ nulli mortali obnoxii, in attenuatam stabunt excelsi & gloriosi.

Denuo appositè hunc Episcopo, qui erat modice virtutis, promiscuitate columnæ soliditas, it ad eam proficiendo contendar, asperit & cincatur, atque pro ea consequenda pro virili labore, gratiam

Prælati sunt
columnæ
ob. 3. ana-
logia.

Omnis doce-
re columnæ.

In Apocalypsin. Cap. III. 63

gratiam Dei invocando, eloque strenue cooperando. Talis columna à Deo effectus est Irenias cap. 1. 18. cùm ab eo audiuit: *Dedi te in columnam munitam, & in columnam ferream.* Vide ibi dicta.

Et foras non egrediebas amplius.] Feras, scilicet extra Ecclesiam, quia per donum constantie & perseverantie, quod ei dabo, fieri poterit perseverabit: q. d. Ita confirmabo eum in virtute, & solidabo, ut nulla vix eum quasi columnam impellere, aut loco suo & gradu derubare, vel dimouere possit. Secundò, & potius, q. d. Firmabo eum in exaltata gloria & beatitudine; & ut foras, id est, extra eam, non egrediebas amplius in omnem extensitatem. Vox enim amplius, non significat quid aliquis Ecclesia vel celo egressus sit, sed quid deinceps inde numquam si egressus, cum antea inde egredi potuerit, antequam scilicet effectus esset columna. Sie summis & amplius Adoe. 1. 3. 34. enim dicitur, quid Christus non sit amplius reueritus in corruptionem, cum tamen Christus nuncquam corruptus sit, sed corrupti potuerit, si corporis fragilitatem & eundem naturalem spece.

Aliorū Alcazar: Per remplum, inquit, significatur Dei cultus & obsequium. Platea & *foras*, significant exterioris hominis occupaciones, q. d. Dabo et rebusto virtutis constanciam, & amōne deuotionis firmitatem, ut te torum Deo consecret, & omnes actiones suas Dei obsequio mancipet, ut non solum tempus vulum & actionem aliquam in aliqua alia te colloquare, sed neque cogitationem à Deo, & rebus diuinis ducere, vñquam velit. Talis fuit Sancta Anna, quaz, vt ait Lucas cap. 1. 37. *Non disdebat de templo, ieiunis & observacionibus servare deus meus.* Multi enim sunt, etiam p̄i & religiosi, qui vix tertiam diei partem Deo dant, taliquis horis libere sibi putant egredi ex templo. Sc̄ sine crimine ostiati, aut pro libito negotiant. Ille verb̄ quem Christi virtus, & deuotionis ardor columnam fecit, non solum deinceps egredi ex templo non vult (id est, pro libito vili rei vacare, nisi Deo, vel proprie Deum) sed neque posse videns vili rei intendere, aut de alia cogitare, quam de Dei & proximorum obsequio. Hic sensus plus est, sed moralis potius, quoniam ligatralit.

Talis vincens, talis columna fuit S. Vincentius Martyr, qui à Daciano Præfide tota corpore lanarius, subfridens; *Hoc*, inquit, *est quid ipse tuu animo expetebam, itaque nemo nisi impinguus optabilius te ipso fuit, neque animo meo obsequio maius existebat: nam hiebo animo ut facias, tamen summissus in me beneficium confiri. Et ut ad sublimiora ascende: eu et caldies res artigo: eu ut Imperatores tuos consummo. Tu nisi a tua crudelitate defissus, multi camuladiorum victoriarum affteri, quo maxima tormenta perferendo tempum superabat debachare erga in me, ne meam gloriam immundus: quibus crucifixibus me vexare putabas, illis ipse aeribus vexaberis. Dixi, & prædicti tam increpantes tortores: *Cum, ait, tardares, & tu me surgaudo facti esse imbecilliores!* Apud crudelitatem vestri principiū exasperatus, ut in omni re quam primis se ruborem faciat. Sauciensibus illis, & omnia penitentia genita in eum exercentibus, ille qualis in epulis exultabat, ut*

percellerentur ipsi tortores. In eo ostendit Christus, quoniam potens sit gratia sua, quoniam omnium suppliciorum, terrorum, & quoniam se blanditiam victoris & triumphatrix; quamque homines refolitos, felique pro Deo ad duca quæque offertores, faciat inuictos & immobiles quasi columnas. Illustris ergo in victoria, fuit nomine & reip̄. S. Vincentius, de quo S. Augustinus serm. 11. de Sanctis: *Quod, sit, miransse charissimi, si in illo Vincentius vixit, à quo vñluis est mundus! In hac, inquit, mundo pressuram habebat, & se premat, non apprensat, si apprensat, non expirat. Duplex mundus aciem producit curva militaris Coris. Blanditur ut decipiat, terret ut frangat.*

B Non nos tenemus voluntatis propria, non nos terret crudelitas aliena, & vñluis est mundus. Tanta graſſabatur crudelitas in Maryre corpore, & tanta tranquillitas preferebatur in pace, tantiq; penitentia affectus semebat in membris, ut mox modo putarem Vincencio patiente, aliisque loquenter torqueri. Cura ergo pacabatur, & furor loquebatur. Sed raro, fratres, illa omnia transierunt, & ira Dacianum, & p̄tua Vincency. Nunc autem post Dacianum, corona vero manet Vincencio. Et serm. 13. Cuius (spiritus & calix) Christi in Eucharistia erat enim Vincentius eius Diaconus & dispensator) haugli feliciter mente elevatus, rabidi hostis ait que in Christum faveamus usq; amissus interrunt adors, modestus festinans, fecuris irritus. Ideo non hunc laetius igitur fortaginis, non ecclaei, non angula ferre aqua manu, non vides paucenda cedentem, nec dolor scilicet membrorum, non soci frigor, & frequentis in paucem visceribus falcis amictu, Dacianum quaternat niquaque subdere uoluisse. Sed unde videtur vñluis est apparere, unde vñlum compulsum est trahescere: quoniam quo Dei Martyr datur erigebatur p̄a, et amplius confessionis exaltabat constans. Contentus igitur se zadiens semebat, nec in quem tam vindictam inferre immischiebat. Videbat namque desiderium manus carnificum plus in eo inventore uolentrum quam corporis, sollemque ingentem spiriū et fulguram exprobare suam, quid premebat veritas normam. Audi & Prudentium Stephanianum hymnū q. de S. Vincentio, ita tuis verbis ad Dacianum recensentem:

*Tortura, cancer, rugula,
Scridensque flammis lamina,
Aqua ipsa panarium vñlum,
Mors Christianus ludus est.*

Et cum gravissime torqueretur:

*Rudebat haec miles Dni.
Mens eruentis incepit,
Quid fixa non profondas
Intervet artus vngula.*

Et inferius:

*O mala iniustissime,
Ferociissimique fortis,
Iam te q̄/a fasa & affera
Tortura uolentem trecent.*
*Spaltaverit haec Christus Deus
Compensa euu intermine,
Propriusque collegans crucifixum
Larga coronas dexteris.*

Inter Confessores illustris fuit et de nomine S. Victor, de quo S. Bernardus serm. 11. de eoc O Vilem incolyte, inquit, qui & de terrâ & de ea-
lo gloriosissime triumphans, illius gloriam nobisve superbius deficiens, & bruis regna p̄i violentius despiciens; rufijus de celo ad uulnertortu, ut hoc sic

terum confirmationis triumplorum, si & nobis dominum viciisse sentiuimus. Nam si ex re nomen tibi, perfecta veritas nomen ex nostra liberatione censetur: & certe deo interpretatum, quando tuus qui me sumus, munimur liberarum. Quem prout, quam dulce, quem suauem, & dulcem, in hoc loco affectum, & in hoc corpore mortis te ducere, te colere, te precari! Nomen tuum & memoriam tuam facilius distillans in labrys aspergorem, mel & lac sub lingue corratis, qui tui memoria deliciantur. Eta ergo fortis aethera, dilectio patrum, advocate fideli, auxilium in adiutoriis nobis, ut & nos de nostra eripione gaudemus, & in plena voluntate gloriemur. Omnipotens Pater per concordiam tuu salvi filii alieni, sed appropriatus in Filiorum, quia dum vixit cupidatim suum, vocat & trax suum, nos quoque in gratiam posuerit refugiam. O vider lefu, tu in nostro Filiorum laudemus; quia te in in die viciisse conseruamus. Da ei proxime lefu, sic de fide in te videntes gloriarisi, ut non subea oblitio nostri. Fili Dei, immunit et nostri tempore in conspectu tuo memorem esse, rostram in tua tremendo iudicio suscepere & agere causam.

Et scribam super eam.] Perficit in metaphora columnam (vnde ex Graeco verbi potest, *super eam*: columnam enim inscripsi solente tituli & nomina victorum, vel eorum quibus eriguntur & dedicantur, ut videmus hic Romae iocolumna Traiani, & in arcu Titi, Seutri & Constantini.

Nomen Dei mei, & nomen Civitatis Dei mei nomen Ierusalem, &c. & nomen meum nomen.] Nomen hoc, sicut Ambros. est esse aeternum, sive esse participem aeternitatis, & aeternae visionis Dei, quam significat Ierusalem.

Secundo, esse in societate Angelorum & Beatorum, qui vocantur Ierusalem caelestis. Sic & Andr. Cesar.

Tertio, Rupert. nomen Dei est nomen patris, nomen Ierusalem est nomen maris, sicut ait Apostolus Galat. 4. 26. *Quia sors est Ierusalem libera est, que est mater nostra.* q.d. Qui voluntati Dei obsequuntur fuerit mundi, carnis & diaboli, hunc insignem titulum patris, & maris; honorabo eum, quasi esset pater meus & mater mea, iuxta illud Christi: *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in celo est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* March. 1. 5. Huc accedit Iosachim: *Faciam, inquit, ut a sois vocetur pater,* quomodo Religio suos reditores vocant Abbatess, & laici Sacerdotes vocant Papas, id est, patres; ut sine infra Abraham, cui dictum est, *Patrem multorum gentium confisi te.* Sic S. Antonius, Hilarius, Benedictus, nomen habent Abbas, id est, pater. Pari modo faciam ut vocetur mater, instar Pauli, qui ait Gal. 4. *Falitimi, quae nomen partur.*

Quarto, & opeinde, alludit ad columbas, in quibus principes eas erigentes, sua nomina inscidi curabant, quo significabant quod columnam hec sibi chara, pretiosa & gloriole essent: q.d. Ascibam eum meis filios & electos in celo, ut sit incola celi, & cuius angelorum; ut sit hypallage, qualis est illa: *In nomine illi nomen Domini super nos,* id est, non vocati sumus servi & filii Domini. Sic hic dicitur: *Scribam super eum nomen Dei, & nomen Ierusalem,* pro eo quod diceretur, *Scribam nomen eius in libro Dei, & nomen Ierusalem,* scilicet scribam eum in libro vite in celo, ut sit

A enim Sanctorum, & domesticus Dei. Aut potius plana & simpliciter, q.d. Ego hunc virum tam solidum & illustrem in virtute, columnam efficiam, ut & Deo, & Ecclesie & Christo magno sit honori, & gloria, ut ipse sit quasi trophæum in Dei victoriosi, & Ecclesie decus à Christo erectum. Quotque enim ipsum, ipsiusque mores tam sanctos intrubantur, dicent illum esse columnam Dei, Ecclesie & Christi; ita ut videatur in fronte scriptum gerere: His est columna, immo trophæum, Dei Christi & Ecclesie; quoniam in ipso resplendet, omnibusque quasi legenda propounderat magnitudine gratiae & virtutis Dei. Est canachœsis, scribi enim dicitur, quod tam conspicuum fit & illustre, ac si in fronte scripsum esset. In Alcazar, cuius tensa docta & pia, sed fusa quoniam ut à mulieris legi queant, hic & aliis, in gratiam lectorum, paucis complexus sum.

Nota. Christus hic ter repetit *ti Dei mei*, ut significet ingentem reverentiam, & delicias amoris sui erga Patrem ob tot beneficia, cum libi, quod homo est, tum fidelibus suis per se collata. Cor enim Christi plenum etas recordationis, gratiarum actionis, & amore Dei Patris sui, ut nihil aliud cogitare posset, vpozit qui solus à Patre honoratur & diligenter ut naturalis eius filius, cum exteri tam homines, quam angelii sunt eius adopti; ac vicissim filius Patrem, ut Patrem naturalem diligenter, quasi eius unigenitus. Rursum, per hoc excusat Christus ipsum Ecclesie & fidelium, quod per eum à Pater omnia que petant facile obtinent sint. Summè enim Pater amat Filium, ut & Filius Patrem.

Nota. Ecclesia tam militans in terris, quam triumphans in celo, vocatur *Ierusalem*, id est, Civitas Dei (sive villa pacis) nostra, telipechum hominum, quibus fuit incognita prioribus seculari, potius in lege tam Moysi, quam naturæ. Eadem dicitur descendere de celo, cum quia ad litteram, ipsa origine sua est caelestis. In celis enim ora est, & à Deo producita; vnde ipsa est celum ad homines terrestres descendere videatur, cum eis facit caelestes & beatos, de quo plura cap. 2. ver. 1. Tum quia mysticæ, ipsa cum Christo per humiliatem temporis descendit, contra superbum Luciferum, qui rumore inflatus dixit: *In calvo cunctendam super astra Dei exaltato solium meum,* inquit Iosachim. Alter Maldon. in Notis brevibus manu propriâ scriptis, quas habemus in Collegio Romano: Dicitur, inquit, Ierusalem nostra descendere de celo, id est, fundari, tam alta habere fundamenta, ut à celo visque ad terram descendant: vel, quia celitus apparet quasi descendens: vel, quod appropinquet & venias, E cap. 2. 1. 2.

Et nomen meum nomen.] Nomen nouum Christi est Iesu: hoc enim nouum illi in circumflexione impositum est, ait S. Thom. j. p. quaff. 17. artic. 1. q. d. In videribus, quasi in columnis, inscribuntur nomina Iesu; ut significetur eas esse erectoras per Iesum, gratiam & victoriam omnem adeopac esse per Iesum, ideoque per excellentiam vocabantur Iesuani, sine Iesu, id est, filij & clientes Iesu, ita Peter, Ribera, Viegas, immo Hugo, qui primus ex Ordine Praedicatorum in Collegium Cardinalium est electus, & ex eo Landulphus Carchus anno 160.

Basti in casu
lo à Iesu ven-
cator Iesu.
parte

In Apocalypsin. Cap. III. 65

parte 1. de Vita Christi cap. 10. In gloria, inquit, cœlesti ab ipso dicemur Iesum, id est, à saluatore salvati. Hoc ergo nomen nouum, est nomen Iesu Christi, sanctificatoris in terra, beatificatoris in celo, quod Christus cum ante passionem, tum in ea, tum maximè post eam adeptus est, quando è celis misit Spiritum sanctum in Apostolos & fidèles, ut eos & per eos totum orbem sanctificaret in hac vita, & glorificaret in futura. Potò hoc nomen nouum tum ad fidelium, tum portis ad Christi gloriam spectat; in hīce enim fidelibus, quasi columnis à Christo eratis, reliqueret Christi gratia, fortitudine & triumphus, quae hæc columnas fundauit & firmauit, ut turbaines omnes & temporales vincerent; ita ut in iis quæ Christi nomen & titulus inscriptus, immo inculpatus videatur. Sic de Christo ait Apostolus Philip. 2. ver. 9. Propter quod & Deus exaltavit eum, & donauit eis nomen, quod est super omnem nomen; nomen inquam tum Redemptoris & Salvatoris, tum Domini & monachorum mundi. Vnde sequitur: ut in nomine Iesu nomine genitum glorificatum, terrena, & infernorum. Vide ibi dicta.

14. Et Angelo Laodicæ Ecclesiæ scribe: Hoc dicit Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dic.

15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vt tuum frigidus es, aut calidus:

16. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.

17. Quia dicas: Quod diues sum, & locupletatus, & nullius ego: & neccis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cœesus, & nudus.

18. Suae tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples sis, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tue, & collyrio inunge oculos tuos, ut videas.

19. Ego quos amo, arguo, & castigo. Amulare ergo, & penitentiam age.

20. Ecce sto ad ostium, & pullo: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse tecum.

21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno iucundis & ego vici: & sedi cum Patre meo in throno eius.

22. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiæ.

VERS. 14.

Et Angelo Laodicæ scribe.] Hoc est sepius & ultima Christi epistola ad Episcopum Laodicænum, & sub eius persona ad quousque Prelatos & fidèles repedit. Celeberrima est, ait Plinius lib. 5. cap. 29. orbi Laodicæ, impensa est Lycos fluminis, latera alterius Aesop & Capro, appellata primus Duriplus, dande Rhos. Conduita fuit ab Antiochó filio Stratonicis, & in grammaticam uxoris Laodices, dicta est Laodicæ, quali

A 2. dñs, hoc est, populum iudicium, id est, index, putat principes, populum, quibus ius dicere, legale ferret. Hinc ver. 17. se diutinem iestat, & nullius indigentem. Erat ergo vobis maxima Phrygia, vicina Colossi: unde Sandius Paulus Colodi. 4. 16. ait: Cum lella fuerit apud vos epistola haec fecit ut & in Laodicænum Ecclesia legatur: & eam, quæ Laodicænum est, vos legatis.

Quæres, quis fuit hic Episcopus? Anteolus putat fuisse S. Sagarem Episcopum, qui noble martyrum Laodicæ ohium sub annum Christi 172. quem laudat Eusebius lib. 5. hist. cap. 2. 4. Quidam antimes dicens de Sagare Episcopo & Martyre qui Laodicæ obdormivit: Verum obstat quid Eusebius & vetetas S. Sagarem à fideitate & zelo commendent. Hic autem Angelus à Christo multis in rebus reprehenditur, & in nullo laudatur. Audie enim: Tepidus es: & nefas quæ tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cœesus & nudus. Ita Lyranus, Petrus & Alcazar: nisi dicat quis, Sagare initio talen fuisse, sed monitus à Christo telephus, uti telipus Angelus Ephuchi, de quo dixi cap. 2. ver. 1.

Hoc dicit Amen.] Grecè ē ἀμήν, id est, illa qui est Amen, id est, stabilis, verus, constans, fidelis, ipsique stabilitas, veritas & fidelitas. Amen ergo hic non est adverbium, ut volunt C. Primas & Ambrosi, sed nomen, sive epitheton Christi, yeti & Ilia 6. ver. 1. 6. vbi vocatur Deus Amen id est, Deus verus, & 1. Corint. 1. 8. & 19. vide ibi dicta. Potò Christus hic vocatur Amen, non tantum quia Deus: quæ dicat, Hoc dicit Christus, qui est Deus, cuius epitheton est Amen, id est, verus, sive ipsa veritas, sed potius quæ homo: quia quæ homo, verax fuit & fidelis, tam in sua doctrina & testimonio, quod veritati perhuiuit, qualem in suis premissis. Vocatur ergo Amen, quia est testis fidelis, & verus, ut explicando subdiceatur.

Sed cur hic tantum Christus se vocat Amen, & testem fidelem, non autem in aliis ad alios Episcopos epistolis? Respondent aliqui, quia hic Episcopus dubitabat de Christi promissis, idèquod in temponem incidet, quem hic redarguit Christus, eumque ad futuron iteratis promissis resuocat, idèquod ei suam fidelitatem ante omnia proponit & inculcat. Verum, an hic Episcopus de Christi promissis dubitaret, incertum est: certius est cum hoc Christi promissa non afflammasset fatus, non considerasse, non ponderasse tantum, quoniam par erat; si enī ea prædicta debuerat ponderasset, non interpuisset. Omnis enim tempus in Dei obsequio ostendit ex eo, quod homo non fatus consideret & estimet, quis sit Deus, que & quanta sunt eius promissæ æquæ ac minæ.

Aliam causam probabilem dat Alcazar. Præmit, inquit, Christus auctoritatem fuit fidelitatis & veracitatis, quia hunc Episcopo dicturus est quedam, quæ nimis verisimiliter videbatur, ut, quod praeterea frigidum esse quam tepidum, quod Episcopus hic miser esset & miserabilis, quodque tali tam ingentia prominat, scilicet carnatum se cum eo, ipsiusque colloquaturum in theatro suo.

Qui est principium creaturæ Dei.] q. d. Qui, scilicet Christus, est causa efficiens & exemplarissimum rerum creaturarum (à qua scilicet principium

An Angelus
Laodiceæ
S. Sagare

ducant omnes tes conditæ) & maximè reparat-
rum, pùt hominum redemptorum per suam
motuum. Hinc Ihsa 9. v. et. 6. vocat *Pater* *Fatu-*
sus. Et Apostolus Galat. 6. 1. Ephes. 6. 10.
Colos. 3. 10. fideles vocat nouam creaturam,
Christi filicium. Sic enim sit ad Ephel. *Ipsius fa-*
ctura sumus, creati in Christo Iesu, in operibus ho-
Nota. Aliud hic Iohannes, ut & in nonnullis aliis ad lth. 4. Et dicit cap. 4. 35. vbi anima ex promptuaria clamant ad Deum idem penit, quod hic: *Ait enim ibi Eldras: Nomen de hoc interrogavimus anima in infernum in promptuaria suis dicentes: Vnde qui fero sic & quando venies frustis atra mercede, mostra? Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus feminorum in eob: quando in flava ponderata scalam, & mensura mensurata tempora, & non communis, nec exactius, vñque dum complerat prædicta mensura. Quamquam Eldras hanc promptuariam animarum viderit, non in celo, sed in inferno, sive limbo, vni ipse ait verf. 4. c. eò enim tam defecibant omnes animæ, repente quod Cheiulus nequum adoevit, qui eis calum patescit. Haec de causa vocat promptuaria, id est, cellaria, sive cryptas: atque de illi tubetranis claudit cap. 4. 4. In inferno promptuaria animarum matris afflentia sunt promptuariae animarum eius illa, &c. sic & hec festinas reddere ea quia commendata sunt. Quocirca Tertullus de Religione cam. cap. 27. citans illud Isaie 26. *Vnde popule meus, istra in cubiliis id est, sepulchra) nos ad quem locum alludit Eldras, atque ac Iohannes hic, pro cubiliis legit celas primas, id est, cellaria, sive penitentia, in quibus, inquit, caro sita, & usq[ue] reproposita se in auro deponenda illuc sit tempore: sic enim & sepulchri processu a sunt corpora, cito inferno Domini. Nam liber tentus & quartus Eldras suam habent auctoritatem, licet non canonice sacra Scriptura, vnde & libris canonici subiunguntur, & ab Ecclesia io officio Missale & Ecclesie latical, multa ex illis citantur & recitantur. Patres queque plenarie non raro eos citant, ac nominantur S. Ambrosius, de Bono mortis castat hunc de animabus in promptuariis degeneribus locum. Quocirca virtus grates librum tertium & quartum Eldras reponunt in et librum canonicos tertij ordinis (qui scilicet, licet canonicis non sunt, proxime tamen ad eos accedunt) vni & librum tertium & quartum Machabaeorum, ac librum Hermetis, qui a veteribus vocatur liber Pastoris, eò quod in eo angelus specie pastoris loquens &**

Vox S. Geronis.

E *scilicet docens*

docens inducatur. Immerit ergo Sittus Senefsi, & pauci alii hunc Edita libum ut fabulosum relictum, vti dixi in Edita.

Sicut ergo ante Christum dicebantur animae esse in prompeuaris, sive cellis in limbo, expellentes Christum & beatam resurrectionem, ita post Christum dicuntur esse sub altari, putat thymiamantis in celo: quia enim sunt animae interfectorum pro Christo, sine, sicut corpus sordum dicitur esse sub altari holocaustorum in terra, ita & anima coruendam dicitur esse sub altari thymiamatis in celo; expellentes visionem eum corpore, vt illo vestire super altare quasi eleventur ad perfidiam gloriam, & consummatam beatitudinem. Altare enim holocaustorum erat in atrio, quod terrum significabat: unde sub eo corpora terreae Martyrum sequuntur discuntur. Altare vero thymiamatis erat altare oracula, id est, Sandi fidei, & celi empyrei: unde sub eo animas beatas collocantur, vt per hoc symbolum significetur illas esse animas Martyrum, aquae expectante martyris premium, puta gloriolum corpus, sequae ac vindictam suorum homicidiarum. Quia enim fuit anima nostra, hinc quasi ad regendum nuditatem carum, dicuntur esse sub altari, sub cõque quasi latere, ac illo regi, id est, ab hominibus uncondi, donec in resurrectio glorio corporis domus & vestimenta se sumique gloriam & martyri lauream publice toti mundo ostentent.

Interfectorum proper verbum Dei (ideoque Martyrum) & proper usum quod habebat.] Quid rubeantur, scilicet veritatem fidei, & vite innocentiam: hoc enim est Martyrum testimonium. unde Alcazar: Proper testimonium, inquit, id est, proper doctrinam quam defendebant. Sapere enim testimonium ponitur pro doctrina. Pro animis interfectorum, aliqui legunt 42: ac tertius intercessus, id est, animas omnium signatorum: sed Noster & alij legunt intercessus, id est, iugulatorum, interfectorum.

VERS. 10. *Et clamaverit vox magna.] Clamor magnum, magnus est desiderium: animari enim verba sunt ipsa dicendi tantum enim minus quaque clamat, quanto minus desideria. Nam si desiderium sermo non esset, Propheta non diceret: Desiderium cordis eorum audiret omnis res tua sit. S. Greg. lib. 2. Moral. 4. 4.*

Dicentes.] Ex celo iustitia, non vindicta, appetentes scilicet, ut destruant regnum impunitatis & peccati, neque prius ab eo liberentur, & impunianter, itaque super omnes adueniat regnum Dei, ait S. August. loco citato.

Pregnus Domine, ut pote qui es sanctus & verus.] Id est, aequus & iustus, cuius propinde est tueri sanctos & veros, id est, iustos; competere autem & punire impios & iniustos, quales sunt qui nos fideles tuos persequuntur & occidunt. Scilicet ergo & verus, id est, quod, sancte & veritate: omnium enim ponuntur pro vocatis Atrie. Simile est quod canitur in Paraclete: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortali misericordia nostra; Sanctus, id est, Sancte.

Nisi indicem, & non vindicem fanginem nostrum de iis qui habitant in terra?] Iudicium ad conscientiam pertinet: vindicta ad perficiendum & execrandam rem indicatam, sive sententiam pro inimico contra iniuriam latam.

Quares, quod iudicium, quam vindictam à Deo possidente anima Martyrum? Respondeat Primo Alcazar, eas petere vindictam de Iudeis

A Christioidis & Christianorum persecutoribus, etiamque in hac vita, scilicet: vt Deus eos excedat per Titum, Adrianum, &c. Non enim, inquit, orane, nec volum statutum à Deo extremi iudicij diem, precibus suis accelerare & antevertere, sed patre vitionem quam Martyrum fanguis de persecutoribus perebat. Verum haec vindicta, & hoc excludit iam per 25 annos facta erant & preterierant: quorum ergo ea quasi needum facta, sed futura optant.

Secundum, alij passim censent, eos petere vindictam condemnationis ferendam & exercendas, uti per persecutores fidelium in die iudicij.

Verum dico, hanc animas primari non tam Terribus gestis poscere iniuriam & persecutorum patiuntur & condemnationem, quād innocentium, putat sui, fuorūmque affectuarum ab injuria liberationem. Hanc enim significat Hebr. 13: 9, namque id ali, vindicare, quando constringit cum præpositione in me, id est, a te, ex deo; & Gratum ostendit, quando constringit cum præpositione in te, vihi hunc sit: optant enim vindicari de te, accusantes te, utrū pater, id est, ex habitantibus in terra. Sic 1. Reg. 14. 14. ait David ad Saul: *Iudicas Domine inter me & te, & vici te, me Dominus ex te, manus avicra mea non sit in te. Vici te, id est, liberet me ex tua tam acti persecutio: non enim lo is os impetravit Saul necem, & viciorem Dei. Ait enim: Manus mea non sit in te, quasi dicat, Absit ut te occidam, effo habuerim te in manu mea: non enim tibi mortem, sed mihi à te liberationem & salutem opio, & quaro. Fuit enim ipse mansuetissimus, unde de co canimus psalmum 131. v. 1. Memento Domine David, & emoy mansuetudinem suam. Si Luce 18. v. 3. ait vidua iudicii, Indica, id est, libera, me de adversario meo. Si Iudices & vindicis Israhelis in libro Iudicium vocantur losie, Gedō, Sampson & alij, qui Iudeam à virga Philistinorum, aliarumque Gentium exemserunt, & in libertatem affreverunt; effo id fecerint sapientia cum hoīsum fratre. Sic vulgo dicimus, principem Christianos è manu Turcarum in libertatem vindicasse, cum eos è captiuitate Turcarum eripuit, liberisque effecit. Sic ait Simao Machabeus 1. Machab. 13. verl. 6. Vindicatio, id est, liberatio de iugo & tyranneide Antiochi gentem meam, & famili, natus quoque nobis & varonibus congregatis fons uniusq[ue] gentes conseruare nos.*

B Animes ergo Martyrum hic optant vindictam, id est, sui liberationem, etiamque duplice, scilicet Primo, vt Deus eorum sanguinem iniulit effusum, & corpora iniulit oculi, quae adhuc in hac iniulta occisione & morte manent & detinuntur, sibi restitus, itaque rufum anime spoliata nuditatem tegat, & viciat: unde responsum à Deo accipiunt, vt pro corporibus accipiunt stolas candidas, quibus le regant & vestiant, donec compleat numerus confessorum eorum, tunc enim plenariè eos corpore gloriose vestiendos esse. Vnde S. Greg. lib. 2. Moral. 4. 4: *Quid, ait, est animas vindictae, per iudicium dicere nisi dicere extremum iudicij, & reuertentissimum extenuorum corporum desiderari?*

C Secundum, optant vindictam, id est, liberationem Ecclesiæ & fideliū à persecutorum tyrannide, vt scilicet Deus cam inhibeat & sitat, reddique Ecclesiæ pacem & quietem: quibus pariter respondet Deus, le id breui prælitaturum, sed opere adhuc modicum expectare, donec cōplicare Martyrum & eleccorum numerus. Secundariò tamen,

In Apocalypsin. Cap. VI.

125

tamen, & consequenter oerant quoque vindictam proprie dicunt ex zelo iustitiae, quasi dicant, Viquequā Domini non facis iustitiam, ut nos & Ecclesiam insontem liberes, persecutores verò punias, ut omnes laudent & celebremus in vitroloque iustitiam? Hanc enim est postular Martym sanguis. Idem enim est dicere animas petere vindictam, quod dicit, sanguinem eorum illam deposcere. Alludit ad 4. Eldorū 15. v. 8. Ecce sanguis sanctorum & infelix clamans ad me, et anima infiorum clamans perfuerat me. Vnde S. August. ferm. 19. de Tempore tom. 10. docet, animas habentes ut euerterat regnum peccati.

Tertio, indicatē, & quasi eminus oerant accelerari diem extremi iudicij: illo enim die facientia est plena hac vindicta. Non quasi decreatum Dei hoc die iam fixum & statuum murari & accelerari desiderent, hoc enim facti nequit; sed quid abstrahat ab hoc decreto, illudque quasi praeveniant. Deus enim ob orationes Sanctorum decreuit, ut finis mundi & dies iudicij eius adveniat & acceleretur, cum alias illum diuisos diffirent potuisse, & de facto diuini diffusiliter, nisi haec Sanctorum preces ab eo præxulx, & accepte fuissent. Pati modo ob preces Danielis & Prophetarum, dicuntur abbuciatæ 70. hebdomades aduentus Mellix, Daniel. 9. vers. 10. iuncto cum v. 14. Haec ergo preces antecedentes se habent ad Dei decreatum, non consequenter: eodem modo se habent preces Sanctorum ad Dei preedestinationem, prius ad electionem huius vel illius ad salutem & gloriam.

Quocirca S. August. ferm. 1. de Sanctis, incusat predicatorum & fideliūm desidiam, quid ea in causa sit, eaq; differatur resurrectio, & regnum gloriosum Beatorum. Videsne, inquit, quia propter nos (dum ait, Donec compleatus numerus confessorum) Martym vindicta differatur. Dum enim nos retardamus, horum sanguis multus est. Sed hoc contingit nostra desidia, q; non religiosus volumus, qui non p; fieri cangivat, speramus. Nam si benorum sperno ad Dominum iustitia nostra praecedens, iam conformatus numerus qui expectatur, effet compli- D cu. Vnde sporas, fratres charissimi, quia primissima Martym beduram felicitatem venerantur de eterna que in celo est, Martym festinante fedulo configuramus vestigia quantum possumus sequendo, & ipsi credulam felicitatem superiore participem exaltere curremus, ut compleamus numerum cuiusdam caelestis Ierusalem, siue acceleremus regnum gloriosum Christi & Sanctorum.

Moraliter S. Bernard. f. 1. in f. omnium Sanctorum: Unde rabi o misera caro, e fida & fata, unde rabi hoc? anima sancta quia propria Deus informavit imaginem, te desiderante quia redens proprio sanguinem expellat a te ipsam sine te latente complicitate gloria consummari beatitudine mea patet. Ad eis sequentes reges in eis desiderantes loco naturali, ut recidua rata carum affectu liberi pergit in Domum, sed contrahentes quidammodo eis rugam faciat, dum inclinantes desiderio sui. Sicut macula ergo sunt, ut ait Iohannes cap. 14. v. 1. sed non sine raga.

Es dare sicut illi signata stola alba. Id est, plena paritas, quiete & ipse certe beatitudinis, inquit Andreas Cesar. & S. Bernard. loco superiori citato. Verum dico: stola alba est gloria & beatitudine animæ, quam Martires acepérunt, nimirum lumen glorie, visio & fructus Dei, se consequenter humanitatem Christi, B. Virginis, Sanctorum

angelorum, ac Beatorum omnium. Hec enim gloriam instar stola alba, animalia corporis nudaram & spoliaram vestit & condecorat. Est alba, qua lucida & splendida; & quia symbolum est innocentie & puritatis Martym, cui in præsum donata est. Hinc & Christi in transfiguratione fales resplenduit sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nit, hoc est, misa luce canditatem & fulgidam. Hec est ergo stola alba, quam Christus vincens promis cap. 1. v. 1. dicens, Quis vicerit sic vestitur vestimentis albo, & non debet manus eius de libro tua. Vide ibi dicta. Vnde patet, halice animas videre Deum, & esse beatissimam eam beatitudine vincenti promissa est sub nomine stola, siue velitis alba. Hac etiam de causa sit, quid Martib; datu sunt stola singula. Singuli enim vnam tandem accepérunt, feliciter gloriam anime: nam in resurrectione accipient singulis unius adhuc etiam illis gloria corporis. Porro stolas albas symbolum esse gloria & felicitatis, patet ex cap. frequenti vers. 13. & 14. vbi degeneribus coram throno Dei dantur palme & stolas. Ita S. Gregor. in psalm. 4. Poenitent. vers. 10. & S. Aniclm. Richard. Haymo. Beda hic, ac S. August. ferm. 11. de Sanctis. Stola enim præcis erat honeste & nobilis mulieris vestis, visque ad imos pedes demissa. Vnde Horat. lib. 1. Serm. satyra 2.

Ad talas stolas denissas, & circundatas palia.

Et Martial.

Quicquid stola purpurea contempnor.

Quis coloris debet, laetus impio versu.

Hinc stolas mulier, vocabulari locuples & primaria: & contraria vocabuntur plebeia, & secundum classis, ut videtur est apud Horat. loco citato. Hac de causa stola, præsentem candida & splendida, in Scriptura symbolum est gloria, immortalitatis & felicitatis. Hinc Pharsa velutina lofephum stola byssina, Genef. 41. vers. 14. &c 1. Paral. 15. v. 27. David erat induens stola byssina. Iudith. cap. 16. v. 10. post victoriam accepit stolam nequam. Mardonius induens fuit stola, & imponitus equo ab Aman iussu regis volentis cum honorare, Esther 6. vers. 11. De sapientia ait Ecclef. cap. 6. vers. 30. Erunt tibi tergues illi in stolam glorie & vers. 32. Stolam gloria induas ann. Et cap. 35. vers. 11. ait, Aaronem iussi Dei induisse stolam sanctam. Et c. 40. vers. 11. ait, Simonem Pontificem accepisse stolam glorie. Ilaic 6. 3. vers. 1. de Christo victore dicitur: Iste formosus in stola sua. 1. Machab. 6. v. 1. dedit Antiochus Philippo intimo suo stolam suam, & annulum. Ibidem cap. 10. vers. 1. Inducit se Josephus stola pontificia. Marci 1. 1. vers. 18. Caute, ait Christus, à Scibis, qui volunt in stolis ambulare. & c. 16. vers. 1. muliere in sepulchro Christi videvunt angelum cooperatum stola candidam.

Dices, Spes ardens que differunt, affligit animum quonodo ergo haec animæ Martym ardenter sperantes & postulantes vindictam iam dicam, sum beatus! Respondeo, Spes haec est ordinata, est quieta & composita in Beatis: acquiescunt enim in voluntate Dei non sperant, nec volunt ut statim haec vindicta fieri, sed ut fieri suo tempore quod Deus constituit & ordinavit: illius ergo tantum ingenio se habere desiderium, sed in Dei voluntatem resignatum, significante.

Moraliter Tertullianus lib. de Cultu feminarum in fine, eas ex hoc loco adhortatur, ut omnem se stolas, non purpureas, byssinas, vel auri, sed innocentias, sanctitatis & fortitudinis. Tempora, inquit,

Ob priores
Sanctorum
acceleratas
dies iudicij.

Vers. 11.

Stola alba
est glossa
animæ.

Christianorum semper, & non vel maximus, non auro sed ferro transfigurant: sole martyrum præparant angelus bandis festinatur. Predicat vos sermonem exaltatum. Apostolorum sumentes de simplicitate candorem, de pudicitate ruborem, de pœnitentia veracundiam, & spacio nocturnitate, inferentes in aures sermonem Dei, annulentes carnichem iugum Christi. Caput impium subiecte, & fatis ornata erit. Manus laniis decipitate, pedes domi figite, & plus quam in auro placebit. Festina vot serico probatus, byssino sanctificatus in purpura predicione. Taluer pigmentum Deum habebitis amarem.

Et dicitur eis illis ut requiescentibus adhuc tempore medietate, donec compluantur confusus coram,] Alcazar exponi, se requiescerent, feliciter à visione, non Dei, sed vindicta de hostibus, putè de ludariis, quibus postulant. q.d. Deus animas Martyrum statim conueniuit hæc gloria, sed quoad petitionem vindicta corum, iussi ut modicum requiescerent, significans illam distendit esse, donec numerus Martyrum ab eis occidentorum compleatur, quo completo se eos puniuntur & exercitatum per Titum et Romanos.

Verum iam sapientiæ dicti hac refrendata esse ad omnes Martyres, & ad finem mundi. Seuū ergo est, q.d. Sicut corpora vestra, & anima sancta, & vestro sanguine purpurata, requiescent in suis sepulchris (quæ inde vocantur græci cometaria, id est, domitoria) sub altari holocaustorum, expectantia gloriam resurrectionis; ita & vos pariter requiescente sub altri rhythmatis in celo, in vestris stolis albis, id est, in vestro lumine glorie & beatitudinis; jac modicium expectate eam refectionem: beuuī enim corpus, quod hic pro memori tradidisti, vobis reddam gloriosum, ac simul viciclar & panium vestrorum persecutores & homicidas, condemnando, & adligendo eos in tartara, breui iniquam scilicet postquam completus fuerit sociorum vestrorum, putè Martyrum, numerus: quondam propediem per Antichristum fieri.

Appositi 5. August. serm. 11. de Sanctis, Tali, inquit, modo loquuntur Deus omnipotens Sanctis, vel quilibet patrem familiæ balens, multos filios, sanguinem de agno reseruantibus, & rogantibus et cibum sibi trahant, resipescere. Reflexio quidem vestra parva est, sed expiate fratres vestras, ut, cùm in eum positis fueris omnes in communem conuersari. Et S. Gregor. x. Moral. 4. Reflexiones eius (animabimis) est, ut cœlesthem fratrum expiatio debet, et eorum membris libenter expectandi morsus infundere, ut, cùm carnis resurrectio nem appetimus, etiam ex colligandorum fructu augementum gravitarentur.

11. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terra motus magnus factus est, & sol factus est niger tamquam fætus cœlinus: & luna tota facta est sicut fangus:

12. Et stellæ de celo ceciderant super terram, sicut fucus emitus grossos suos cum a vento magno mouetur,

13. Et cælum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulae de locis suis mox senti:

14. Et reges terra, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber, absconderunt se in speluncis, & in peius montibus:

16. Et dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agnæ.

17. Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

Ei cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terra motus magnus factus est, &c.] Primum, Arctas haec referat ad prodigia facta in morte Christi: verum hæc iam dicit præterita erant, non futura.

Secundū, Ambro. & Rupert. haec referunt ad Iudeorum reprobationem, & excidium per Titum; sicut que sequuntur cap. 7. referunt ad latissimam vocacionem Gennam, vide Peterium singulare applicantem pag. 461. Huc accedit Alcazar, qui hoc sexto figlio pars significati minas horribiles, quibus Deus voluit præmonitos ludatos ante excidium, & ante septem plagarum supplicia, quæ septimo sigillo continentur: porro haec minas comparari cum prodigiis, quæ minabuntur instantes extremi iudicij diem, quia haec illorum fuerunt typus: unde & Christus Matth.

2. 4. confessi excidium viris Hierosolymæ cum excedit orbis, & ab illo ad hoc immedieat transit. Minæ autem haec septem sunt. Prima est, terra mons, qui significat magnam rerum commutationem & perturbationem, quæ Hierosolymæ accedit eam seditionem & bellum contra Romacos concitauit. Secunda est, obsecratio foliæ, hec significat fugia & prodiga quæ vita sunt. Dei indigationem contra Iudeos reflectantur. Deus enim supplicia illatorum, lugubri vesti quasi se induit, eo modo quo reges Lusitanæ olim sententiam expiæ latrū, lacuum induabant. Tertia est, luna sanguis, qui denotat maximum supplicium, quod eis pro Christi sanguine effuso impendebat. Quartæ est, stellarum calus, qui indicat symbolice neem, quam S. Isacobo, Stephano, aliisque viri fanfællim intulerunt, quod etiam Iudeis minabatur ruinam. Quinta est, complicatio celi, qui symbolum est Christianorum dilectionis ab urbe Hierosolyma, quæ non levius etiam fuit ciuitati commemoratione: quia enim hic Deus per solem, Christus per lunam, Apostoli virique Apostolici per stellas fuerunt significati; hinc consequtetur apostolè primis Ecclesiæ, sive primi Christiani per celum significantur: id est, si idem sit Christus, Virtutæ celorum manifestantur. Virtutes enim celorum, sunt exercitus celi, putè Ecclesia militans, qui poterat Ierusalem ab excidio defendere, sed eam defenserat a suo praetilio deservirent, etiamdem Romanorum prætie exposuit. Rursum in libro in solueto notatur Iudeorum exercitatio, quæ omnis eorum sapientia fuerit convoluta & complicata, ut quasi nihil sciarent, nisi las rationes falshant se & vrbem inuenire possent. Sexta est, migratio ac fecellio montium & insularum, quæ portendit Deum Titum & Romanis obices, difficultates & impedimenta omnia amoneat & tollere, viamque quæsi complanare in Iudeam, ut eam subiungant & eueriant. Septima est, mens & horror communis omnium, diceantur monibus: Cadite super nos, qui figurat ingentem timorem, qui Iudeos peruerferat, evidens esse argumentum, quod Deus securissimam in eos vindictam iam iam exercere velit.

Verum haec omnia pariter præterita iam erant, non futura; ideoque hætorica, non prophætica.

Constat

Vers. 12.
Sexum si-
gilli quid:
Prima ex-
positio.
Seconda.

In Apocalypsin.

Cap. VI.

127

Confat autem Apocalypsin esse prophetiam de futuris. Itaque hoc sensus est accommodatio quodam, & adaptatio potius quam expofitio genuina. Addit, v. 15. nominati reges, quos coofat non fulfie Hie rofolyza. Infuper, quod dicent montibus, Abſcondiūt nec a facie Agni, non congruit fidei, qui Christum non agnoverunt; nec Agnum, sed virum potius & lupum eum vocantur.

Tertio.

Aureol. & Lyrā, haec referunt ad perſecutionem Diocletiani, quando Christiani montibus, id eft, Beatis in calo, eos inoocantes, dixerunt, Cadre, id eft, progegit nos. Verum har ex poſtio violentia eft & coniota, vt patet: eft & inordinata. Nam perſecutione Diocletiani, vti & ceterorum Imp. repreſentata fuit filio fecundo, putè equo rufo, vni ostendi hoc c.v.a.

Quarta re-
verba.

Dico ergo, S. Iohannes hic tranſite ad tem-
pora nouifima, & ad finem mundi. Id patet ex
ipſis eius verbis, quæ proprie nulli alteri compete-
re poſtunt, præterim ſi quis ea conferat cum ver-
bis Chrifti Mathe. 24. v. 15. (vbi orbis excidiunt,
ſignaque ei pœnia deficiunt) illæ enim videbit
penè eadem hic die euia iiii que ibidem dicit
Chriftus, quod enim hic dicitur, Sol factus eft m-
eroribz dicitur, Sol obſcuratur: hic dicuntur fel-
le de celo caſtaribz, ibi idipſum dicitur; hic luna fa-
cta eft ſicut fangue; ibi luna non dabit luxem ſuum:
hic dicitur, Calix recepit ſicut liber incolutus; ibi,
Vermes cedarum commonebantur; hic dicuntur merori-
bus, Cadre ſuper ne; ibi idem dicunt, vt patet Luke
et v. 30.

Idipſum poſcit ordo Apocalypſeos, & septem
ſigillorum. Cùm enim S. Iohannes secundo, ter-
tio & quarto ſigilli repreſentant tres generales
& illuſtriores perſecutiones Ecclesie, ſuccellus
daturas vique ad finem mundi (vnde quinto
ſigillo induxit communem vocem Martyrum,
optantium finem) hinc leto hoc ſigillo ad eum-
dem tranſit; imò ab hoc loco deinceps vique ad
finem libri, loquitur de extremitate mundi tempo-
ribus.

Hoc ergo ſexto ſigillo deficiunt ultimam Dei
 vindictam in impiorum lignaque horrenda que pœ-
natur, & indicabunt inflare extremum iudicium.
 ita Victoria. Primal. Ticon. Haymo, Andreas, Be-
 da, Ribera, Peretus & alijs.

Dices, Haec ſigna sequentur Antichrithum, erunt enim proximum iudicium: haec autem ſeptem
ſigilli ſignificant ea, que cuenient ante Antichrithum: ergo alia ſunt ab illis ſignis Antichritho
 poſthumis.

Reſp. Aliqui censent haec omnia ſigna, ve &
ceteras plagaſ ſeptimo ſigillo orbis inſigndas, que cap. 8. & 9. reſentent, fore ante Antichrithum: contineunt enim in ſigillis hiſtas, que prius
referari debent & euohi, quia liber ſignatus, id
eft, Antichrithi tempora ſucceſſere & videri po-
ſent. Si enim optimis ordine conſignatur &
progreditur haec Apocalypſeos prophetia, eftque
quaſi historia prophetica de rebus hieſcellito tem-
pore & ordine futuri. Faoe & ratio: nam poſt
muorem Antichrithi noua fore haec tristia prodigia
peribat videntur ex enq̄o poſt mortem Antichrithi ſumma erit paſ. & quiet in mundo, vni
oſtendi Daniel. 12. vnde & Chriftus Luke. 12.
ver. 40. & Marth. 14. ver. 37. pœnitentia inſep-
rato die, & ſubito veniuntur ad iudicium, cum
homines vacabant gula & voluptabilis, vni
faſtibant in diebus Noë, cum è contraria de hieſe

A signis dicant, quod aſſent homines p̄t timore, &
expeditione ceterorum prodigiorum, que ſuper-
uenient vniuersitate orbis.

Verum durum & difficile eft crediri, haec ſi-
gna omnia complenda fore ante Antichrithum.
Sane enim ſigna iudicij inſtantis, & iudicis adoe-
cientis, vnde dicunt impii veri, t. 6. montibus & pe-
tris: Cadre ſuper nos, & abſcondiūt nos a facie fe-
deris ſuper thronum, & ab ira Agni: quantum ve-
dit magnum tri pœnorum, & quo patetflare? Quo-
modo haec dicere, si inter haec ſigna & diem iudici-
ci intercedant plures anni, p̄t totum tempus
regni aut falcem monachiz Antichrithi, que erit
triduum annorum cum dimidio? Quonodo haec
B ſigna dicuntur ſigna iudicij, & iudicis Chrifti,
cum potius dicenda eſſent ſigna aduentus An-
tichrithi?

Secundio, capite ſequenti in ſeptimo ſigillo
audiemus Iudeorum conuerſionem ad Chriftum,
qua fieri in fine mundi, maximè poſt occidum An-
tichrithum: ergo quoadam ex his ſigillis non erunt
præmia, ſed pothuma Antichrithi. Idem manife-
ſtum eft ex eo, quod in ſeptimo ſigillo angelus
septimus tuba canens, dicatur inducere conu-
mationem retinu omnium: que utique fieri, non
ante, ſed poſt Antichrithum. Ita enim habetur c. 17.
&c. 1. 1. v. 1.

Tertiō, Chriftus Mathe. 24. verl. 29. ait, haec ſi-
gna poſt tribulationem diuerum illorum, id
eft, poſt perſecutionem Antichrithi, inquietū mul-
ti: verius tamen Ribera ſic exponit, poſt tribula-
tionem, ſciliens inchoata, non autem perfeclata.
Inchoata autem haec mundi tribulatio ante
Antichrithum. Chriftus enim paucis verbis per-
ſtingit, & conuolut multa, que ſuccelliū per
plores annos fieri in fine mundi. Denique ibidem
Chriftus de hieſe ſignis ait: Cum viderint hec em-
maſſe, ſcire quia prope eft in ianua ſciliens dies Do-
mini & aduentus Chrifti ad iudicium. Quocirca
haec ſigna fore, non ante, ſed poſt ineritum Anti-
chriti, diſcreta docet Franciscus Suarez 3. parte,
quaſionē 59. diſput. 56. ſectione 3. & alijs per-
mulhi.

Dico ergo, haec ſigna inchoanda fore ante An-
tichrithum, idebq̄e poſti inſet ſigilla; ſed perci-
cienda & complenda eft poſt Antichrithum; ita
vt quadam ex his ſiant ante, quædam, & quidem
plura ac maiora, poſt Antichrithum. Sanctus Iohannes
vt omnia, virope eōdeſ ſpectantia, con-
iungenter, eodem ſigillo omnia complexus eſtque
quaſionē prebant Antichrithum, etenim ſpe-
ciant ad ſigilla; quaſionē veſt ſequentur, etenim
pertinent ad librum ſignatum. Cum enim illa or-
bis defolatio, & exadiuſum fit futurum, ultimum
& maximum, idcirco Deus enim per plures an-
nos antequam accidat, idipſum commentari, &
plagaſ ei pœnias orbi immittere incipit. Sic enim
fecit in exilio Hierofolymz, & aliarum vrbium
& regnorum. Iudeos enim impiorū per Iaſam,
Oſe, loīem, imo per Eliam, Eliſeum, alioſque
Propheta per centum annos admonuit & pe-
monuit de futuro exadiuſio per Chaldaeos, vt ab
impiorate ſea reſipicerent, itaq̄e exadiuſum euad-
erent. Idem fecit in diluvio: iulfis enim Noë an-
no quinquecentimo atatris ſue fabricare arcam, vt
per eam inſans diluvium hominibus pranuncia-
ret, & comminaretur; cum tamen diluvium in-
duxit deum anno ſexcentimo Noë: delit
ergo orbi centum annos ad penitendum. Quidni

E L 4 idem,

*Seruit & ex-
do plagarū,
& furorū
in hac mū-
di.*

idem, vel famili faciat in ultimo orbis excidio, cùm non aqua, sed ignis diluvio torus obtuerat, & conflagrabit. Itaque ante Antichristum insudabat in orbe impietas & impij, quibus Deus minabatur excidium, id estque signa hoc illi praevia, plagiæ que cias prænuntias insimiliter inciperet, patet in solitos terræ motus, maris tremores & exundationes, fuligera, tonitrus, eclipses, obscurations solis, luna & stellarum, ut celum, terra, mare, & aer in impios tremere, cùsque necesse & internum minari videantur; ex quibus conflagratus fames, pestilencie & bella, quo Christus tum fore prædictus, sed contentum ea impij, itaque plagiæ plagiæ addet Deus. Superueniet Antichristus, qui erit caput & culmen impietatis. Quocirca Deus actius in eum, & impios eius alleclas, supplicia è celo vibrabit, adagens eos in tartara, inde in impios carceres, rotundum orbem desuet, cùsque mala extrema, ac inter ea solis, luna & stellarum plenam obscuracionem induceret, tandem diem ultimum orbis affecte per ignem conflagrationis, tuncque ipse Christus descendens ex celo, & veniens ad iudicium; ita tamen, ut post Antichristi eiisque effectorum stragem, & plagiæ impiorum, Deus aliquod tempus quietis darurus sit obi, quo Christiani in persecutione Antichristi lapsum, ludici, omninoque gentes tot plagiæ perculerent, respirare, Deo reconciliari, iustificari & salvari possint. Quo tempore mundani homines, sicut pueri amota virga, ad ingenium redibunt, nubem & nubentur, epulabuntur, ut in diebus Noë fecerunt, donec ex insperato Deus mundi finem adducat, Christiñque iudicem misericordiam, ut Christus prædictus Mat. a. 4. ver. 37. & Iohann. Apocalyp. 1.3. & sequentes & Daniel cap. 1.2. v. 12. dicas, inquit, qui expellat, & peruenit tibi quae ad dies mille trecentos triginta quinque, id est, qui viueret post tempora & mortem Antichristi, ut ibi ostendit.

Quocirca parum probabile est, quod carent S. Hieron. & S. Chrysost. in Mat. a. 4. & Eusebius Emiliensis homilia in Domini. 27. post Pentecosten, felicitate hæc signa in sole, luna & stellis, fore post generalem resurrectiōnem in ipso aduentu Domini, ac proinde forte non prævia iudicio, sed in ipso iudicio. Argumentum eorum est: Quia, inquit, immediate post hæc signa subdit Christus: Et rusc apparet signum filii hominis in celo, & rusc plangent omnes tribus terra. Nam videbunt filium hominis venientem in nubibus celo. Verum hoc non virget. Nam Christus apud S. Matthæum multa contingit & conglomerat de excidio virtutis & orbis, quæ tamen non simul fieri, sed tempore validè disunctor & separato. quinimum S. Matthæus, cùm dixisset Christum venturum cum virtute magna & maiestate, subiungit, Et misericordia sua cum tuba: cùm tamen hoc si futurum non post, sed ante aduentum Christi ad iudicium.

Et sol fulalus est niger.] Quæres, an ad literam hæc signa vt sonant, cœvntura sunt Primi, S. Augustinus epist. 8. ad Helychium, atque ex eo Primal. Andreas & Beda, hæc signa mysticæ accipiunt pro persecutione Antichristi, siue exponunt: Sol & luna, id est, Ecclesia, obscurabitur: scilicet, id est, illustres Sancti, à sole, & consequenter à celo & lumen, excedent. Verum hanc expositionem esse mysticam, non literalē, nemo non videt.

Secundum, S. Chrysost. & Hieron. ac Beda in Mat. a. 4. Euseb. Emili. homil. in Domini. 27.

A post Pentecosten. Hilar. can. 2.6. in Matrh. D. Thomas in opusculo. 10. artic. 3.6. purant hæc signa fore in ipso die iudicij, feliciter quod Christus aduentum tanto lumine radiabit, ac totum orbem suis radis perstringet, ut sua claritate obcequeret fulgorem solis, luna & stellarum. Sic & S. Augustinus serm. 1.30. de Tempore, vbi hoc peculiariter tribuit fulgor crucis, qui tantus erit, ut solem occulter. Verum iam ostendit hæc signa fore prævia iudicio, ac consequenter ante aduentum Christi. Unde clare air loet cap. a. ver. 1.0. & sequentes. *Sal conseruant in tenebris,* antequam veniat dies Iudicij. Et Christus Luca 1.1. ver. 2.6. *Avefacti- bus hominibus præ timore & expulsiōne que super- venient tenebras arbi.*

Tertio, Origenes tradidit 30. in Matrh. putat Tertia. solem, lunam & stellas obscuranda à fumo, qui procedet ab igne conflagrationis mundi. Verum hæc signa erant ante finem mundi, quem inducit hæc conflagratio, unde & Origenes in hac expositione non perficit: in modis Suarez loco citato cetera ignem conflagrationis mundi fore post ipsum diem iudicij.

Quarto, Rabenus in Matb. a. 4. idque referit, Quatuor nec improbat D. Thom. in 4. distin. 4.8. q. 1. art. 4. quatuor, a. purat quodd sol, & consequenter luna, aliaque altra à Deo privabuntur sua lumen in tristitia & comparuali.

Quinque, Dionysius Carthus. hæc accipit ad literam, rampli purat ea hyperbolice dici, sicuti Prophetæ dicunt in excidio Hierosolymæ & Babylonis obscurandum fore solem. Verum quia hæc excidia tantum typum fuerunt, & tensis umbra excidiis totius orbis, quod maximè erit horrendum & portentosum, bine.

Dico Sexto, hæc planè ad litteram vt sonant, *Sexta ge- nus* accepienda. In fine ergo mundi Deus ad vindictam peccatorum, solem facier nigrum inflas faci elicini, qui niger est ex nigris sevis & plenis, ex quibus contextus est. Porro id fieri partim ex densitate nubium, quas Deus inter solem & terram interciceret, ut vult Ribera & Domin. Soc. in 4. distin. 4.6. quæst. 2. artic. 2. partim ex mirabilis eclipsibus, ut vult Peterius, qui prouenient ex insulariis motibus celorum, qui nunc tardius, nunc velocius solito mouebuntur. Unde Laetantius lib. 7. cap. 1.6. de sole & luna sic ait:

Motus extraordinarius peragunt, ut man sit homini promptus ad fiduciam cursum, aut variatum tem- perum agnoscere. Eius enim vel alias in horum, vel hiemis in aliis: tunc & annis brevissimis, & mensi minus, & dies in angustum curvulis. Quæ si vera sunt, facile erit varias tunc produci eclipses. Tertio, suspendet Deus non lumen, sed illuminationem solis & aliorum, nimirum negando luci solis & aliorum concursum, fine quo non potest lumen suum spargere, & illuminare orbem: unde ex eo sequentur donisfinitus, & vniuersales tenebras per totum orbem, idque facit facilissima actione, ac minima terum at naturæ imputratione, ita Franciscus Suarez 3. p. q. 19. art. 6. disp. 3. lect. 3.

Luna tua sera est siccus sanguis.] Id fieri per interpositionem nubis ita disposita, ut per imprecisionem radiorum luna, ipsa videtur tota sanguinea, ad significandam diuinæ iudicij futuram, ut Suarez ibidem: nam rubicunda luna representat cruentem, id est, stragem implorum, ob sanguinem Christi ab illis vel ellis, vel ne- glectum

*Signa iadi-
cio prævi-
ox, quæsta
& quando
furorū
Prima tem-
tatione.*

Seconda.

*Luna erit
sanguinea.
cur & quo-
modo*

In Apocalypsin. Cap. VI. 129

glechum & spretum; item ob effusum sanguinem
Martyrum, prefertur Elix & Henoch, aliorumque
fidelium ab Antichristo & Antichristianis.
Rursum rubicunda luna portendit venenos, pro-
celas & tempestates ira & suppliciorum Dei,
quas effundet Deus in peccata & peccatores
nam.

*Pallida luna pluia rubicunda fuit alba ferens.
Et Virgil. t. Georg.*

A si virginem suffuderis ore ruborem.

Venient erit.

Sanguis enim in Scriptura symbolum est peccati. Vnde ait Osee cap. 4. 2. *Sanguis sanguinem serigur.* Et Iosias cap. 1. vers. 15. *Mane vertere sanguinem plene sicut.* Vide ibi dicta. Erit ergo tunc iniustitia solis, luna & stellarum partis rubricatio, partim obscuratio, & qualis deliquium. Primum, ut si-
gnificetur, obscurari ac finiri tam gaudium impiorum.

Secundum, luna fieri rubra, ut videarum quasi pu-
dore vultus sui, de turpissimis & atrocibus homini-
num sceleribus, noctu praefertim, cum lucet luna, in
lechis & tenebris perpeditas, erubescere. vix
namque tot tamquam enotim hominum sceleri-
bent, ab inicio mundi ad finem visque perpetratis,
sol, luna & stellae quasi erubescerent, quod talibus
domini nam impius seruerint, & ad eorum
sceleras lucem suam praebeant. Hanc causam das
S. Antonius. 4. parte Sum. titul. 14. cap. 1. 5. 1. Ita
in martyrio Felicis Episcopi Africani anno Christi
304. luna conuerterit in flanginem, vi habent
eius Acta fidelia 24. Octobr. que citat & probat
Baronius.

Tertiò, sol & stellae quasi meru Christi iudicis
venientes percellis, splendorem suum retrahent;
sicut homines in metu solent calorem & sanguinem
in insima ad cor confortandum, retrahere,
itaque expelleferent, ait Maldon. Matth. 4. 4. Omnia
enim haec signa ead tendunt, ut de hominibus im-
piis quales tunc erunt plerique; pauci enim tunc
erant fideles & pietati praediti Christus Lue. 18.)
vindicta sumatur, vique ipsi timore pereclentur,
maioraque supplicia expedient.

Et stellae de celo occiderunt super terram.] Primum, id aliqui, excederunt inquisi-
tione, id est, occiderunt subito rapta ad aliud hemisphaerium; sic enim Poëta
significat stellarum occasum; dicendo eas in
Oceanum sicut mare se precipitare. Vnde Virgil.
a. Aeneid.

Ei iam rex horrida calo

Precipitat, suadensq; cedentia sidera somnis.
Sic Rom. 2. & aliis, qui non longè à mari habitant,
in nocte iucundè spectant vespera solis occasum.
Vident enim eis sol fe libare iorez vndas identi-
dem, ac tandem subito in cas te demergere. Ve-
rum hic dicitur, *Stella coevidetur super terram, non*
in mare, nec in aliud hemisphaerium.

Secundum, Origenes tractat. 30. in Matth. *Stelle,*
aut *de celo occiderant, id est, lumen suum deficien-
te fomento amitterant, ac quod in eis terrestre re-
mainuit, in terram decidit;* prout enim ipse ex scri-
ptu Piatonis in Timao, caro & alia ex ele-
mentis esse composta & confusa; ac proinde ege-
re ouiruntur instar nostri ignis vel lampadis:
quare sensim deficiente alimento in fine mundi,
aliorum quoque lucem, sicut quod in eis igneum
est, defecturum; quod vero terrestre est, ad sua
elementa & terram relapsurum. Verum dupli-
citer existit: Primo, celos & stellas esse ele-

A mentares; Secundo, indigere alimento.

Tertio, Iansen. & Cajetan. in March. 4. 2. *Stelle,*
inquit, retrahent lumen suum & non videbun-
tur, ut videarum de celo cecidisse. Cadent ergo
non à loco suo, sed à luce sua.

Quarto, Maldon. ibidem censet, stellas propriæ
dictas, in fine mundi de celo casuras: Magis enim,
inquit ipse, Christo id affirmanti, quam Aristotelii
id fieri possneganti, alienior.

Verum sic hinc debet etiam, in modo cali omen-
nes Planetarum: & quod deciderem haec stellæ
quavis enim stella fixa in firmamento nobis visibilis,
maiore est terra terra. Melius ergo Ribera &
Peregrinus per stellas accipiunt cometas, fulgura,
ignes cadentes, aliisque meteororum ignea instar stel-
larum, qualia multa erunt in fine mundi, eaque
nous & prodigiose magnitudinis, forma, figura,
mores & lapides. Deus enim illa, quasi horrabilis
fulgera & voracula, incalabitur & turbabat in
terrā, ut homines terrefaciat.

Sicut stellæ emisit (Adam, id est, abicit, emittit)
ita Syrus. Malè ergo legunt aliqui minit) grossas
fusas (dolorib; id est, heus immaturas) cum a te me-
gno manu.] Significat Deum ob sceleras, citoius
opinione hominum & rerum natura, finem man-
do impolitum, cum is naturaliter diutius dura-
re posset, sicut fecit in diluvio Noe. Sic enim grossi
ex fico ante maritatem, intempetivè decidunt. Rursum grossi indicant ut beatitudinis le-
tissimum & florentissimum, quod tunc inchabunt
Beati. Arabicus verit, sicut sculpsit cum cer-
derit grammatical eius à venie grandi.

Et celum recessi sunt liber insulatus. Iacobus 4. 10.
id est, qui incoluerit; vel consolauerit; Syrus, cali
separari sicut liber qui insulatur; Arabicus, ca-
lum insulatum quasi clara. q. d. Sicut liber more
veretur cylindro insulatus (vt tela circa cylindrum
circumvolvitur) ab eo quis literis legi non potest
ratita celum, civesque stellæ quasi literæ, abcon-
densur atque subibus & tenebris, ut videri non possemus,
videanturque in alium mundum recessisse. Rursum definet nos celorum vias, motus
& splendor, aliorum insulatas, ex illico prognostica
coniectatio & divinatio; sicut libro vii defini-
nimus, nec eam legere possumus, cum eam com-
plicamus, sive claudimus. Alludit, in modo citat Iosias
34. vers. 4. vbi idem dicit Iosias, vide ibi dicta.
Vnde S. Thomas & Suarez sic explicant, q. d.
Homines, & Astrologi noui dissimilant amplius
ex aliis, quasi ex libro prognostico. Celum, in-
quit Suarez, recederet, non mox locali, sed ab oculis
homini, sicut recederet solet liber insulatus;
quia litteræ eius videri non possumus. Ita ipse loco
civato, & libro secundo de Superstitione capite
vnde dicimus. Aliam rationem huius phrasis das
Sanctus Augustinus libro 5. de Genesi ad liter. cap.
2. 0. Deus, ait, *sculpsit*, que cum primum condire
fuit, tanquam implicita ediderat, sicut cedentibus
temporibus explicat, id est, per celorum motus ac
vicissitudines temporum mundum insulatum
paulatim evolut, eductis feliciter aliis & aliis è
capitate specierum individuis, aliis ac aliis effec-
tibus è casuarum fuarum fabris, ac praesertim
è celi solisque motu & insufo. Cum ergo ab hoc
modo & hac prouenientia fuerit explicatio celis,
ac individua & effectus inde manentes tollit vel
suspedit, ut faciat in die iudicij, nō dicitur fuit
prudentia librum celumque complicare &
convoluare.

*Calum re-
cedet, quo-
modo*

Contraria

Contradic explicit Andreas Cesar. Recessit, aut, calum à priori complicatione & occultatione terum, quas continebat: quia rancia nostra bona & gaudia, in celo Sanctis deposita, patet.

Aliter Dionysius Carth. q. d. Non patet vili deinceps aditus in calum: quia celi ianua claudetur & obserbaritur.

Pro calum recessit scio liber insolutus, Chrysostomus. Math. 24. ait, Virtutes celorum mouebantur. Vbi Primo, S. Chrysostomus per virtutes has accipit angelos, qui inquit, obstupescunt ad tantam prodigia, &c. ut D. Thomas, à celorum motione cellulatur. Vnde & S. Augustinus sermone 130. de tempore: Scimus inquit, principes iudicantes non solum res, sed & officia, que natus sibi conficia sunt, timere & tremore comprehendentes propter auditis terrorum: ut & tunc, cum genitum humanum iudicabimur, & celestes mortali passim, & terribili apparatu de iudice iumentu horronda formidem evincemus, id est, videbantur conterremiscere; vetè enim contremiscere nequeunt; fuit enim beati, in quos non cadit tremor, nec villa pallio aut perturbatio. Adhuc, exalto & Deo frustra, nihil sub calo & Deo, ut pote exiguum, matabuntur. Sit & sequitur ait Seneca, super seruum & latum animum atolemus, nihil in terra aut mortuus, aut moratur. hoc enim est magnanimitati. Ita Cyrus, & Xenophon, doctus etat nihil admirari.

Secundò, Caler. Titelman. & Perer. per virtutes has accipiunt influentias celorum, que in fine mundi cellulatur.

Tertiò, Eusebius, apud Sanctum Thomam in Catena Math. 24. per has virtutes accipit ianua celi, quia Christi descendenter ad iudicium, & tursum ascendiens ad thronum celestem appetientur.

Quartò, & genuinè lansen. ait, has virtutes esse alia celicilia, enim in Scriptura vocantur militia celorum; vt, sicuti paulo ante dicit, Stelle de celo eadom, ita hic de iudeis, sed christis & exercitibus, non autem de aëris, vt paulo ante, dicat, quid commouebantur, & quid contremiserunt. Hoc accedit Hellelus & Maldonat. Math. 24. Virtutes, inquit, celorum, sunt poli & cardines celorum, quasi dicat, Cardines ipsi, & bases ac fundamenta celorum commouebantur, vt celi & suis cardinibus concuti & conuelli videantur. Hoc est enim quod ait lob cap. 9.6. Qui commoverunt terram de locis suis celorum eius concutuerunt. Et cap. 16. vers. 11. Celumque celi contremiserunt & paucis ad ianuam eius.

Quintò, Francisc. Suarez, 3. part. questione 9. articulo 6. disput. 1.6. fols. 5.3. Virtutes celorum, inquit, hoc est, angelici, commouebantur, commouebunt enim & comparabuntur se, vt fiant ministri diuinae iustitiae, qui exlos & elementa commoueant, qui nimirum omnes illas admirandas mutationes & motus in sole, stellis, mari & terra caueant & efficiant. Erunt enim, vt videntur, maiores, quia ut per solam stellarum influentiam, vel virtutem fieri possint. Ficti ergo per angelos, quibus rectè accommodati potest illud psalmi 149. Gladly anticipet in membris errans, ad faciendum vindictam in nationibus, increpantibus in populis, ut faciat in eis iudicium confusione. Et huc etiam teleti possunt multa, quia in Apocalypsi dicuntur, scilicet S. Iohannem vidisse angelos rancia carentes tubis, quae effundentes phialas

aureas plenas fascianda Dei, & similia, quae legi possunt à cap. 8. viisque ad cap. 16. Huc uero Suerte. Hoc accedit Lactantius libro 7. capite 16. qui per virtutes has accipit angelos motores celorum. Hi, inquit, commouebuntur, quia mutabunt ordinem & modum mouendi celos, cùmque prout accelerabunt, nunc retardabunt, &c. ut supra ipsius verbis commemorauit. Hinc & sequitur:

Et annis novis, & insula de locis suis mox fuit.] proprie vi verba sonante. Si enim stelle de celo eadom, & celum tecedit, sicut liber insolutus, quid mirum si in terra montes & insulae de locis suis moueantur? Ecce enim in die illa horribili quasi oculus mundi, totoque vniuersitate inuestiō & catastro, ut omnia inuersi turbuntur, deosculum, antronium, ceterorum plūmā cant. Sic L. Mercurius inquit Plinius lib. 2. cap. 8.3. & Sex. Iulius Coss. in agro Martiniensi duos montes inter se concurreverunt, crepus maximo solstiente raccolentesque que inter eis flamine summaque in celum exposte interdat, gelante & via Annibale magna equum Rememur, famulariumque & veterana mortuandise. Et concursu ville emeritely. Et paulo post: Non minus mirum est tam & nostra cognitum est, anno Neronis supremo præto elegitur, inveniente via publica, in concursum fedes transversas in agro Martiniensi. Et capite sequenti: *Maximus terra memoria mortalium extitit mors, Tiberii Caesaris principatus, duodecim annis Asia sua mole prostratus.* Vide eamdem lib. 2. cap. 90. & sequent. vbi terras terre motu mari permotuas, haufatas, absorptas recent. Et cap. 9.4. ut, terras semper trementes extare in agro Galieni & Reatum. Et cap. 95. Quidam, ut, insula semper fluctuans, sicut in agro Cœlio, & eadem Reatum. Martiniensi, Statuensq[ue] in Valdimerio lata, & ad Coriolis aqua Syria opacis quo nesciunt deo ac noctu endem loco usq[ue] Lydia que vocatur Calamita, utrum venire solent, etiam canis qui liber impulsa. Sunt & in Nymphaeis parvae. Subiectae de la quinque in symphoni & canit ad celum modulantibus pedum nonnulli. In Tarquinensi lati magno fratre, duo nemora circumferunt, nunc requiriunt figuram edent, mense rotundam complexa, venis implicantibus, quadratam nonnullam. Tales terre infusque fluitantes videntur iuxta Audomaropolim in Belgio, ex quo olim ibidem ostentia sunt. Memorabile est quod scribit Gregor. Turon. lib. 4. cap. 30. *Castrum Tauredunum in Gallie, inquit, sicutum illa mors supra Rondanum.* Andicis illi vero per due amphi sexagenaria magnitudine edere more, dico tandem meridiana scissis ab aliis fibi vicino monte, cum uniuerso castro omnibusque nasci in Rhodanum precepit ruerit. Accidit hoc impensis Ingliorum. Similiter quid accidit nuper anno Dom. 1618. die quarti octobre. Cum enīa nos speremus in Italia, Romæ certò innotescit oppidum Pute in Valle Telina (que subiecta est Ratiis, qui nunc Grifones vocantur) non longè à Como, situm ad radices montis, eo per ventum internum, qui terzæ motu excutiebat, corruevit planè oppidum illuc & obrutum, omnisque incolas (cenobitantem ad tria nullia) pariter obrutus, quinque tantum euasile. Iudicium præcessit, humum, quod oppidum interluebat, siccatio; ac duo examina apud ita furiosè inter se depugnantia, ut vitemque quae omnes morte conciderint. Horribile hoc exemplum Grifones, & totam Italiam perevit. Daunum estimatum fuit duobus milionibus auti.

In Apocalypsin.

Cap. VI.

131

uri. Tradunt veteres Historici, Siciliam olim fuisse Italie conuenientiam, postea disruptam maris fluctibus terra, aquam periream eam annulisse, insulamque effecisse. ita Diodorus Siculus libro 4. capite 14.

Secundò, ex hisce verbis: *Et omni⁹ mons, & insula de locis suis moxa sunt*, aliqui opinantur in fine mundi montes deprimenti in valles, siisque sequandos, ut terra sit planè rotunda, qualis creata est die primo mundi. Nam die tertio ad vias hominum & animalium, Deus terram vnam ex parte aggeravit & erexit in montes, alia fufult & depreflit in valles, ut ducit Genet. 1. ver. 9. Cestante ergo vnius vitæ hominum & animalium, videtur terra ad primigeniam suam figuram orbicularēm planè reditura: quod si verum est, ergo depeñent montes. Similiter censent insulas in mari eratas, in fine mundi forbendas à mari, ut mare plenum suum locum alveumque recipiat, quem accepit primitus Genet. 1. ver. 9. & 10. Quid hoc de ferarum sit, docebit experientia hincque mundi. Nam pro aduersa sensientia facit, quid montes & insulas non parum facias ad decorum & varietatem vniuersitati: vnde non primo dies mundi rudit & informis, sed tertio, quo terra formata & adornata est, à Deo producta fuit.

VERS. 15. *Omnis feruus & liber.*] Omnis homo cuiuscumque conditionis, impotens scilicet. Hoc enim est impiorum pesma, sicut ac vox & genitus, qui sequitur. Erunt enim tunc plerique omnes infideles & impii, & mox dominante Antichristo eum, quasi suum regem & monarcham sequentur, cum vt eius tormenta evadant, tum vt ab eo opes & honores consequantur. Sic enim hoc seculo vidimus, cum rex hec hereticus aut schismatis, totum regnum, & penè omnes subditos fieri hereticos aut schismatis. Pauci ergo erunt fideles, qui adhaereant Eliz. & Henoch, pastores qui cum iis Antichristi in faciem reflant. Horum quod ait Christus Luce 18. ver. 8. *Filius hominis veniens, pater inueniet fidem in terra.* Et Matth. 24. ver. 12. *Et quando abundaverint iniquitas, refugient christi a mundo.*

E dicunt membris & petris (magnis, ait Arabicus, puti rupibus). *Cadite super nos.*] Citat verba Olce cap. 10. ver. 3. sed in sensu allegorico. Nam Olce ad literam loquitur de capititate, desperatione & calamitate extrema decem tribuum, cum vbi & regnum Samarie excidit est à Salomonis far, deincepsque tribus ab eo in Assyriam sunt traductæ. Pari modo idem dicunt homines sentientes plagas Dei in fine mundi, tum ante Antichristum, tum magis sub Antichristo, & maximè post eum, cum iam adveniat Christus ad iudicium. Eadem verba habet S. Lucas, sicut attribui ludeis in excidio Ierusalem, vtrumque enim horum fuit typus excidi & consummatio sceluli.

Alludit quoque ad Isaiae 2. ver. 9. vbi de illudem ludeis obfelliis & oppressis ait, *Intervenient in gloriam persternare, & in voragine terra a facie formidans Dominum, & a gloria maiestatis eius, cum surserit percutere terram.*

A facie fedentis super terram ecclasticum fuit divinitatis, puti à facie Dei, & ab ira Agni.] Pauci Christi hominis aduentantis ad iudicium: licet enim infideles & impi, praefertim Antichristiani, & persecutores fidelium, initio non credent Dei

& Christi potentiam, vindictam & prouidentiam; tamen eum audient Martyres in tribulibus identem illam depradicare, ac comminari, illésque pro ea generosè & hilariter pari & mori, cimique mox semper eorum dicta répla verificari, plaga que & vindictam ab eis prædictas sibi immitti; vel iniuri credent haec sibi à Deo & Christo infligunt, ac acriora mox infligenda esse. Sic enim Antiochus sublams & occidens Iudeos, ridensque eorum facia & Deum, à Deo percutitus, agnouit suam culpam, Deinde iustam in eum vindictam, 2. Machab. 9. v. 8. Sic & Pharao in mari rubro, certus fulgetur in fece exalo vibrari, marique se obtutus, dicit: *Fugiamus Ifrāclēm Domum meam puerū pro eis contra nos.* Sic Imp. Maximianus, acer Christiæ persecutor, sensus acies dolores, & morbos putidos sibi à Deo immisitos, agnouit sibi à Deo Christianorum hac iustitiae infligi, ac perfectionem fricere. Sic Iulianus telo calcili confosus, Vsebilius, inquit, *Galilæus, vescilli.*

Ira ipsorum.] Dei & Agni: græcè διάβολος, id est, Vers. 17. diabolus. Deus enim & Agnus unum sunt in natura divina. Acuto comicit Leo Magnus, qualem formidabilis futura sit potentia triti Agni, ex ipsius lenitate & mansuetudine, secundum t. de Passione Domini: *Ego sum anguis (Iohann. 18. v. 5.) & ad vocem eue turbæ presterim impiorum. Quid sem patitur mortalius eis iudicatura, cuius haec per nos humiliari intendamus?* Et Gregorius lib. 17. Moralium cap. 1. *Quis eius iram toleret, cuive & ipsa non per nos manufracte tollerat.*

Potè taneat erit panot, tantisque pudor damnatorum coram Christo iudice, qui ita perceret & perterrebbit conscientiam ipsorum, vt optent obvni tegique montibus, imo esse in inferno potius, quam in valle Iolaphat eorum Christo irato. Sanctus Basilius merito existimat acerbissimum cruciatum vtricribus inferorum flammis insutum damnatis, pudore isto & confusione longè leuiorem ad tolerabilem esse. Ponderans enim aceritatem illam increpatum Luce 12. ver. 10. *Sicut nubes animam tuam reponit à te, quæ auras paratis cuius eritis?* sic sit horribilis contra diuites auares: *Superas aeternam penam urbis illa fratris.* Lege Cardinalium Toletum Luce 12. an-

norum. 39. Nota. Hac eadem signa horrenda, iudicio & execilio orbis peccati, prædixerunt ali prophetæ, partim sensu literali, partim allegorico. Vnde Terullianus libro de Resurrectione carnis capite 2. citans verba Christi Matthei 24. de excidio vestris & orbis, sic ait: *Postea quoniam eduxerit, Et tunc erit Ierusalem conculcari nationibus; inde iam in orbem & in seculum prædicta secundum Isensem & Danielis & ieronimorum concordia Prophetarum fusa in sole luna & stellis.*

Primum ergo loet capite 3. ver. 1. de eo ad Ierusalem sic ait: *Congregabo omnes gentes in vallem Iosephai, & dissipabam cum eis ibi super populo mors.* Et ver. 14. *Intraerit eis dies Domini in valle concussum. Sol & luna obscurabuntur, & stelle retrahentur, splendores suum.* Et cap. 2. ver. 1. sub type excidi Hierosolymæ per Chaldaos: *Venit, inquit, dies Domini, dies tembrarum & caliginis.* Et ver. 10. *A facie eius contremuit terra, moti sunt celi. Sol & luna obscurabuntur, & stelle retrahentur, splendorem suum.* Et Denunzio dicit vocem suam ante faciem exercitus fui. Et ver. 30. *Dabeo predigia in celo, & in terra, sanginem, & ignem,*

Proprietate
de hocce
di iudicii.

& vaporem fumi. Sol converteatur in tenebras, & lumen in sanguum, atquecum venies dies Dominus magnum & horribilis.

I. Iacob. Secundus est Iacob qui cap. 1. v. 9. ad literam loquens de excidio viribus Ierusalem, allegor. sub eo quasi typi diem excidij orbis ita depingit: Ecce dies Domini venient crudelis, & indignatio eius plena, & ira furorisque, ad ponendam terram in foliacionem & peccatorum eius conserendum deca. Quocumque flent eis, & plendor eorum non expandent lumen suum obtemperans eis sol in eorum furore & lumen non plendet in lumine suo. Et visitabo super orbem maris, &c.

II. Ieremias. Terminus est Ieremias Iacob a seculo cap. 15. vers. 9. Informata eis que peperit septem defecit anima eius: occidit ei filius, & pater adiret eis dies: confusa est, & errabat.

III. Amos. Quartus est Amos, qui pariter ad literam virbi Ierusalem, allegoricè orbi cladem ultimam intentat cap. 8. v. 9. Ecce in die illa occidet sol in meridi, & tembrestris faciem terram in die luminis, & concurrit felinatus velut in luctu, & omnia castigia velut in planitiam, & inducunt super eum dolorum velut faciem, & super omnes caput caliginosum & panum eum quasi luctuus erugans, & nouissima eius quasi dictum amarum.

IV. Esachiel. Quintus est Esachiel, qui literaliter stragam Pharaonis & Aegypti, allegoricè Antichristi & impiorum, ac mundi sa describit, c. 5. v. 7. Operiam, cum extinctus fuerit, celum, & nigrificare faciem stellae eius solem nubes regum, & lumen non dabit eum fons. Omnia luminaria eum mittere faciem super terram tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, & cum occiderit vobis attulit in media terra. Vide de horrore extremi iudicij S. Basili. ser.

A de iudicio, & S. Ephrem serm. de S. Cruce & de aduenie secundo Domini, item serm. de Timotheo Del. tomo 3.

Moraliter Nota, ingens esse, & foec malorum

Miseria vi-
supplicium, metum & paucorem, ac pauidam expe-
ctationem plagarum incognitarum, & imminen-
tium. Peccati est bellum timor ipsi beli, Ita spes rei ma-
gistris affligitur timore & apprehensione mortis, ad
quam damna sunt, quam ipsa mortem singula
la momentis ita angustus, ut mori milles videan-
tur. Quocirca Seneca lib. de Vita beata c. 4. qd leg.
misericordia vita sitam & ille docet in merito, aequo se
cupiditate, beatam verò vitam sitam esse in veri-
tate contempta & victoria. Summarum inquit, homines

B eis animis fortius despiciunt, & rixas leuis quibus nos
extollimus fortius nec frangunt, cui vera virtus eis
suppetat contemptio. Quid enim prohibet nos homi-
num dicere liberum animum, & eruditum & interru-
sum ac stabilem, extra merum extra cupiditatem pe-
nitentia eis datur, ut in nobis sit bene illa, utrum malum
ne perdidit. Cetera viles turbas veram, nec devadent
quicquam beatam vita nec aduersant. Hinc ha funda-
tum, neceps eis, vobis, nolis, sequitur hilaritas et con-
suetudo, & letitia alia, ergo ex aliis venient. Quod in
fa & voluptate erit, & infelix dolor erit. Et cap. 5.
Beatus eis, qui non aspirat nec timet beneficia ratione.
Tunc enim mens para eis, & felicitas emendata malis,
cum non ratiōne lacerata sit, sed & utilitatem ef-
figerat, flattery semper vobis constituta, ac fedem suam
etiam traxit & infidelitate fortuna vindicatura. Nam
quod ad voluptatem pertinet, laetus circumfundatur
etinde, & per omnes vias infusat, quis mortalium
era volunt supereft vestigium humani per diem noitē-
que turbidus velut, & desertus annuo corpore operam
daret?

CAPUT SEPTIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

*Signantur ab angelo electi, ne tangantur plagi impiorum, putò duodecim millia ex sangui-
lis tribubus Israël. Deinde v. 9. Iohannes videt immensam turbam ex Gentibus, flantem
ante thronum Dei cum stola alba & palma, gratias agentes & laudantes Deum & Agnum.*

Hoc caput pertinet ad sextum sigillum, et que D
icitur eius pars. Nam post hoc caput, statim in inicio sequentia capituli 8. septimum sigillum sub-
nectitur, & referatur. Itaque est hoc caput pars
sexti sigilli, sed ita ut simul sit quasi preambulum & preparatio ad caput sequens, & ad septimum
sigillum. Cum enim capite 6. peacecedat, in priori
parte sexti sigilli dixisset, fore horrenda signa
in terra, sole, luna, stellis & celo, quæ extrema
sufficiencia mundo, id est, impius potestendit &
intenterit, quæ nimiam in septimo sigillo per se-
psum angelorum rubas & plagiæ exhibentur hinc,
ne plaga haec, & sufficiencia pios & fideles
cum impio simul involvunt & affligant, signan-
tur hoc capite pio & sancti, ut angelii plagiæ im-
missari in orbem & impios, caueant ne hunc si-
gnatorem tangant, aut plagiæ suis afficiant. Sicut enim
Deus Exodi 12. 7. percussurus per angelum pri-
mogenitum Aegyptiorum, talis prius signari domos.
Habetorū, & ut angelus percussurus eas transi-
lucet, & non tangatur. Rarium sicut Ezech. 9. v. 4.

Deus percussurus Ierusalem & iudeos sceleratos,
habebit in ea signari sanctos, ne illi cum sceleratis
pertinuerint: ita pariter habebit in fine munera
signari sanctos, ne coemunib[us] orbis plagiæ in-
volviantur. Unde c. 9. v. 4. dicitur: Precepimus eis le-
xitio, ne laderent signum iherusalem, neque omnes viri
nei tantum homines qui non habent signum Dei in
frontibus suis.

Dices, Hi signati vere, dicens habent stolas
albas & palmas, ac esse ante thronum Dei: ergo
sunt beati in celo, non autem militantes in terra.
Respondeo, S. Iohannem per visionem videlicet eos
in celo, quia signati & conscripsi erant ciues in
exhortueta autem salutis existebant & militabant
in terra, ut paret ex iam dictis. Quia enim in me-
dia illius vniuersi & impissimi seculi iniquitate,
aque in perfectione Antichristi manluti tunc
constantes in fide & pietate vixit ad finem vitæ,
hinc signati & destinati sunt ad gloriam caelestem,
1. Timothei, 1. v. 9. Et propter virtutemque iherusalem
ille hic signatus ad hoc, ne ab angelis sepeptero pla-

*Signantur
hic fideles
formi tem-
pore Anti-
christi,*

In Apocalypsin. Cap. VII.

133

gas ultimas in orbem effundentibus iadantur. Itaque ad litera agitur de Sanctis viatoribus sub finem mundi, & tempore Antichristi, quoniam ob amnes per spiritum propheticum vidit in celo, quia et per Dei predestinationem & praescientiam delinabantur: id est quorum gloriam futuram quasi praesene erat, petrine ac Prophetice de futuris loquenter ac si praefectio aut præterita forent, ut significant et tam certò euentura, ac si iam facta essent. Porro hi signati ex Iudicio, erant fideles conuersi à Iudeis ad Christum partem ante Antichristum, parum & ponor parte post Antichristum; eo enim celo omnium Israël conuerteret ad Christum, ut inferni dicam.

Quare ministris congrux, ministris probabiles funeris fenantur, quas hic recensabo, ut lector plenè & planè satisfaciam.

Prima.

In primis ergo Ambrosius per priorem sexti sigilli partem, in fine cap. sexti sermonum, accepit Iudiciorum reprobationem; ita hic per alteram eiusdem sigilli partem, accepit Genzium omnium vocacionem, electionem & glorificationem, num in terra, tum in celo.

Secunda.

Secundò, Lyras, Aureol. & Viegas, sicut priorem partem retulerunt ad pœnitentiam Diocletiani; ita hanc referunt ad Ecclesiæ pacem mox secutam sub Constantino, profligatis quatuor angelis, id est, quatuor tyrannis. Itaque hic Constantini cum illis bella & victorias describit.

Tertia.

Tertio, Primal, Haymo & Ambrosius hic referunt ad tempus quod Christum antecesserit.

Quarta.

Quarto, verisimiliter Andreas, Beda, Robera & Petrus: Sicut, inquit, priore parte sigilli sexti tristis Antichristi tempora, mundaque supplicia Iohannes, vel potius Christus, referauit: ita hic Ecclesiæ luctatione & felicitatem, mox post Antichristum secutuaria, cùm innomeri ex Iudex & Gentibus eligentur ad gratiam & gloriam, subexit. Verum, ut recte obicit Alcazar, non feruant ipsi aeolium, sive debitam Apocalypsim secundum & ordinem. Perperam enim ponunt hanc inter signilla, eum ipse censeant signilla omnia continere ea, que praetambula erunt Antichristo, non posthuius. Rursum, per recte ordinem ponunt hanc post Antichristum fuisse in fine sexti sigilli, ante se primum, quod contineat plaga percutiis Antichristi. Tertio, hoc signario signaturum non fit directe & propriè ad glorianti, sed ad hoc, ne angeli plagi suis eos attingant. Potest tamen hoc expounio commoddè explicari, cum nostra conciliari eisque accommodari.

Quinta.

Quinto, Alcazar putat hanc signationem Sanctorum non pertinere ad serum signillum, sed esse præambulum septimi signilli. Quia enim ipse censes, primis quatuor signillis recentri felicitatem Iudiciorum in Christianum credentium, tribus vero ultimis infelicitatem & plaga incredulorum & rebellium, ac præfert excludim eorum per Titum; hinc censes signati hinc Christianos, qui Iudicis in Ierusalem erant permitti, ut ex ea egrediantur, itaque plaga eius septimo signillo referendas evadant. Ita factum est, nam Dei monstra gauderunt ipsi in Pella viribus, ac Euseb. lib. 3. histor. cap. 5. Quocirca congruè Dei nuru, inquit Alcazar, hec viri, vel anteriori, vel posteriori, à Christiansis dicta est Pella, id est, mirabilis separatio: quia Deus nostra sua prouidentia eos ibidem feruauit, ac separauit à Iudeis per eunatas in Ierusalem, sicut ultima terram Gessen separauit à reliqua Aegypto.

A òrum cam à mœbris, grandine, tenebris, aliisque plagiis Aegypti feruauit inexactam & immunitam. Pella enim hebr. deriuatur à rad. *pala*, id est, separauit, vel mirabiliter fecit. Vnde Exodi 8. 22. vbi nos legimus, *Faciam mirabilem terram Gessen*, pro faciendo mirabilem, hebrei, est *mībāl pala*, à rad. *pala*, q.d. Ego faciam illam Pellam, ego illam ab Aegypto diuidam, & mirabilem reddam. Similiter Exodi 9. v. 4. *Faciat Dominus mirabilem hebrei*, est *mībāl pala*, hoc est, facies pale, facies mirabile, & separabis Gessen à reliqua Aegypto.

Verum hæc omnia laboratio eius fundamenta (de quo superius scriptis actum est) coctivæ, & ingeniose tantum allusiones sunt, ludisque ingenio.

Perf. 1. Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in villam arborem.

2. Et vidi alterum Angelum ascendenter ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit vocem magna quatuor Angelis, quibus darum est nocere terræ, & mari,

3. Dicens: Nolite nocere terra, & mari, neque arboribus, quoadisque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.

4. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex orienti tribu filiorum Israël,

5. Ex tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati:

6. Ex tribu Aser duodecim millia signati: Ex tribu Nephthali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati:

7. Ex tribu Simeon duodecim millia signati: Ex tribu Levi duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati:

8. Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Ioseph duodecim millia signati: Ex tribu Benjamin duodecim millia signati.

Dost hoc tibi quatuor Angelos stan-
tes super quatuor angulos terra, te-
nentes quatuor ventos terra, ne fla-
rent super terram, neque super mare,
neque in villam arborem.] Quatuor
primarij sunt veneti, flantes à quatuor oceani par-
tibus, prout Aquilo à Septentrione, Auster à
Meridie, Eurus ab Oriente, Zephyrus & Favonius ab Occidente. Et hos quatuor casuum
nominabant veteres, teste Plinio libro 2. ca-
pice 47. Verum posterioribus seculis natus
hosce quatuor in plures alios subdivisiunt, &
singulis duos, imò quatuor, laterales addi-
derunt.

Quatuor, quinam sine hi quatuor angelii, &
quatuor venti? Responder Primò Ambrosius,
quatuor angelos esse Romanum Imperium, qua-
tuor

V. 1.

angeli, &
venti. quæ
Prima ex-
pedie.

mor venis, id est, mundi plaga, imperans. Sicut & Primal. Ambrosius, Anselmus & Beda per quatuor angelos accepunt quatuor principia mundi regna, que, cum Christus venit in mundum, tenebant ventos, id est, pacem, Lætitiam, spes & communia orbis: quia fuis rapinis & cadiibus homines diuocabant.

Seconda.

Secundò, Aurelius & Lyranus, Quatuor angelos, inquit, fuerunt quatuor tyranni tempore Constantini, patè Maximinus in Oriente, Seuerus in Italia, Licinius in Egypto, Maximus Rome, qui tenuerunt ventos, id est, doctores, ne diffundirent fidem Christi. Sic sen & Ambrosius, Primal. Beda, Anselm, Richard, Ambrosius, Rupert, Hugo, Dionysius Pannonius & Viegas.

Tertia.

Tertio, & melius, Andreas Cœsar. Ribera & Petrus proprii accepunt angelos, qui iudicent Dei administrari in fine mundi improbos affigent, sicuti terra mortuorum, obsecratione solis & stellarum, ita & prohibitorio ventorum, summique malacia, ita ut nec folium arboris agiteatur. Quia ingens est plaga hanc enim necessaria est consequitur. Secundò, ut fructus tempestuum matutinam consequuntur nequam; Tertio, ut aer crassus & infelix non possit depurari, nec attenuari, sed corrupti & putrefacti debent; ac consequenter Quartus, omnia que in terris visum, rabeere, defecere & emori. Veni enim suo flatu furent omnia viuum, ut pulchritudo docet Seneca lib. 5. Natural. quast. 18. Unde vers. 3. idipsum explicat Iohannes dicens: *Natura nostra terra & maris, scilicet tenendo ventos, ne flent in terra.*

Quarta

Quartus, & optimus, Aleazar pater angelos hosti suisse quasi quatuor Angeli, ventorum dominos, qui eos quasi furentis vineulis & carcere traxerunt, ut ait Virgilius, ne flent & fusciant in terram. Unde hi angeloi gracie vocantur *patres ventorum*, id est, tenentes & comprehendentes ventos, sicut qui rabidum molofium tenet & comprimit, ne diffundatur in obuios irruat; quomodo Virgilus Angelum vocat tempestatum potestem. Isaque angeloi hi nocebant terra, non tenendo, sed laxando ventos: bi enim laxari vehementius impetu, & infano murmurare forent, fessissimam excitatabant tempestatem. Probat id Prandus. Nam quod hic dicitur, angelos hos tenuisse ventos ne flarent, id est dictum & iustum fuit antequam serui Dei signarentur: ergo hoc ipsum non fuit plaga, sed potius retinaculum plagi: mox eniat ubi eis angelus, ut nullam plagam terrarum inferant, donec serui Dei signarentur: et tenetum ergo ventorum praecellit plaga, ac consequenter non fuit plaga. Secundò, quāmis malitia, & compellatio ventorum dominum aliquod inferat, idipsum tamen lento est, remissum & languidum: multò autem vehementius & horribilis dissimiliter inferunt venti, idque subiecti, si omnes eis habent laxantur, adeo ut arboreos, domos, templas, turres & palatia proferantur: qualiter tempora estatem ante paucos annos vidimus in Belgio altera Palearia. Sic enim ait Daniel cap. 7. vers. 2. *Ecco quatuor venti eis paginabunt in mari.* Tertio, compellatio ventorum aquae nocebant signatis, aqua non signatis; fructus ergo diebatur eis: *Natura nostra terra & maris, &c., quod signatum servio: Dei nostri.* Secus est in laxatione ventorum: in hac enim subentur eos ita laxare & moderari, ut procellas excitant quae impios

A plectant, piros autem & signatos non attingant. Scimus ergo est, quali dicar: Vos o quartuor angeloi, qui praestitis quatuor ventis, oblique patratis laxare, ut tempestates concident, quae plenarie impullimi hoc anno in fine seculorum homines, resinet eos donec signemus seruos Dei nostri, ut feliciter max eos laxatur, ita eos laxetis, & dirigatis, ut solos impios, eorumque donos, horros & arbites feriant, signatis autem ablineante.

Nota hile, quatuor ventis, ipsoe est quatuor orbis partibus praeudentibus, quatuor praeside re angelos, putè singulos singulis. vnuas ergo praefiti vento Orientali, secundus Occidental i, tertius Aquilonari, quartus Meridionali. Disceimus ergo hic, ventos, eorumque morus & gyros, non tam à vapore, aliave causa naturali (quam difficile est reddere, aut memori capere: vide in ea laborat Aristotheles, & omnes physici) quoniam ab angelis concitari, agi ac dirigi. Deus enim per angelos regit & moderatur orbem, sicut dominus per autigam regit & moderatur equos & eurrum.

Porro hosce ventos, procellas, & tempestates recte positi in sexto sigillo, iungique cum obsecratione solis, luna & stellarum, patet ex eo, quod Christus haec omoia coniungat Luke 1. vers. 15. dicens: *Ierunt signa in sole, & luna, & cœlo, & in terris prostrata genitudo, pre confusione soniorum maris, & soniorum:* hunc enim sonitum, & bolice fluctus excitabunt venti. Quare non recte Alazar hosce ventos referat ad lepidum sigillum, putansque illos cum eo idem esse: sepe enim plaga lepidino signo contentas, ceteri non esse aliud, quam horum ventorum, sive tempestatis ab illis excitatae, in septem procellas sive nimbus divisionem: hosce enim nambos excitabunt venti quatuor contraria, inter se confundantes. Nam hinc ventos, ab illis primis plagi septimi signilli, aliam & diversam esse plagam, patet tum ex dictis, tum ex ipsiusmet septem plagi, ut patet eas invenient cap. 8. nam v. 6. vi ventorum non potuit excitari plaga quarta, quia ibidem describitur vers. 14. scilicet percussio solis, luna & stellarum: nec quinta, quae defecibatur esp. 9.v.1. scilicet apertura abyssi: nec sexta vers. 14. scilicet solario quatuor angelorum, qui ligati sunt in Euphrate. Quod enim Alazar hinc plaga interpretatur ignoramus, & conceptuscentiam & iram, Iudeis à Deo inflictas, patet mysticum esse, non literale.

Quares, an hi quatuor angeloi sunt boni, an malefici, patè demones? Nostrus Martinus Delrio lib. 1. de Magia quast. 1. t. censet esse genitos Alastores, id est, truces & cruos demones, etiisque pro hac sententia Clement. Roman. lib. 4. Recognit. Hieron. lib. 7. in Iasiam, Augstii. lib. 5. contra Julian. cap. 3. & alios. Ratio est, quia nocent: ergo videtur esse mali. Verum haec ratio non conclusum nam etiam boni angeloi nocuerunt, cum incendierunt Sodomam tanquam vindices Dei, Genet. 19. Rusum, per eosdem multe aliae plagi orbi immittentes in fine mundi, ut patet capite 8. & sequentibus. Addo, angelii cum malis, soler. Scriptura illi addere aliquod epithetum alienum, vel ex circumstantiis latius significans, se non bonos, sed malos intelligere. Denique hi angeloi sunt proprij & directi executores divinitatis prouidentiae, cuiusque loco sunt praesides ventorum,

Quatuor
ventis qua
tuor angeloi
praesident.

Angeli hi
boni sunt,
non demo
nes.

In Apocalypsin. Cap. VII. 135

ventorum, ut eos moderentur & dirigant, praesertim ad puniendum impios, & ad tuendum piros ergo sunt boni, non mali. Confirmanit quia Ezechiel. r. Deus vetus curu Cherubico, spiratus quatuor Cherubimis (qui vniue boni erant, non mali) pergit ad excusandam Ierusalem ergo pati modo per angelos bonos perager plaga vires, quibus oibis excidium conficit. ita Alcazar, Riba, Petet, & alii.

Nec flarent. J. Dones Dei voluntate cognita, angeloi laxarent eos ad blandum, hanc autem hinc cognoverunt per alium angelum, dicentes: *Nolite morez (laxando ventos) terra & mari, quod ad ipsae signem seru Dei nostri. Vnde liquet, postquam signati facte serui Dei, reuera angelos laxasse ventos, ac per eos grates procellas & clades impis inculuisse, illicet id tripla factum esse, in sequenobus non narratur.*

Vbi Nota Moaliter, Deum per angelos ita moderati vias & ietas fulminauerunt, tonitruorum, ventorum, grandinum, & alacrum procellariorum, ut hunc tangant, oon illum; & hunc agrum, non illum; hanc vibem, aux regionem, non illum; perfectim ut impios in uniuerso agros & bona affligant, non piis, vti hic iubet & fieri videmus. Hoc est quod ait Pfates psalmio 14.8. ver.8. *Ignis, grandis, mir, glacies, furor proceliarum, que factum verbum est.* Quocida diuin tonat, fulminat, grandinat, &c. metuant impi, ac per contradictionem, vel etiam confessionem Deo se reconcilient, ne hisce cius plaga tangantur.

Cùm ergo air, *Nec flarent*, intelligit flatum non communem & ordinarium, sed valdissimum & vehemensimum, ita ut venti fuerere videantur, ac facillimas procellas & tempestates concueant, quibus gravissimas tam in mari, quam in terra clades & damna impiorum inferant. Tales enim eruerit in fine mundi.

Et vidi alterum angelum ascendendum ab ortu solis, habentem signum Dei vivi.] Quis hic? Primo, Ambro, ecclie hunc angelum esse Christum, qui ab Iisai cap. 9. iuxta Septuag. vocator *Magni consili angelus*, & à Zacharia cap. 6. 12. *v. erat.* Clavis huius angelis significat efficaciam Christi, qua efficit ut in sua natura subtilis bellis effler vbiique pax, ut hac ratione cithis ipse suum Euangelium per omnes gentes spargeret. Hoc refutat expeditio Anthonii, Primus, Haymonis, Anselmi, Richardi & Beda, censentium angelum huc esse Christum, qui adest ad ortu solis: quia manu surrexit, & Apostolos testimoniis ad illuminandum orbem. Hic sun clareto eofercer demones, ne impediant prædicationem Euangeli.

Secundo, Alcazar cenfet hunc angelum esse Spiritum sanctum, qui fideles signat se ipso, sicut que grata, eisque ab omni plaga liberos & incolumente praefit. Aut potius angelum hunc esse ipsam Spiritus sancti gratiam: huc enim formulariter fideles & sanctos signat.

Tertio, Acorol. & Lyran. per angelum buo accipiunt Conflantinum Magnum, qui quartus tyrannos iam dictos, Euangeli prædicationem impeditos profligavit: ex quo ingens Ecclesiastis, Iustitia & propugnatio est consecuta. Hic habet signum Dei vivi, id est, signum crucis, quod est ex eo contra Maxentium paginato, quasi videtur omnem datum est, cum hac inscriptio: *In hoc signo uictus.* Vnde tunc multi bapti-

A zati, & in baptismo à sacerdotibus signo crucis signati sunt.

Quarto, Victoarius & Gagneius per angelum Quarto. bunc accipiunt Eliam, qui leviente Antichristo, ei, cùsque angelis, id est, ministris, se opponeret, inuictaque converteret ad Christianum, eoque crucis Christi signabur & iognicer. Hæc sententia in spe- ciem est plausibilis.

Quinto, S. Bonavent. io prologo viri S. Fran- Quinta. cies, asserit hunc angelum esse S. Franciscum euèque officias Franciscanos. S. Franciscus enim signum Dei vivi, putò crucis, præstulit, cum Christi crucifixi facti ihu[m] corpori suo celius impella sensit. Idein periferre Franciscanis, putò lignum penitentialis crucis, & habuum cruci conformem, ut omnes ad penitentiam, & crucis amplexum excent. Idipsum S. Bonaventura certò resulatum esse, scribit S. Bernadinus to. 2. fenn. 60. in princip. Idem dicit Leo X. Pontif. & alii, quorum verba & sententias citat Sedulius in elogio S. Francisci, & Antonius Daça lib. de Stigmatis.

Sexto, & optimè, Ribera & Peretus censem, Sessa ge- hum verum fuisse angelum. Hic dicitur ascen- diisse, quia prius descendebat à celo, eratque in terra, ut hominem salutem curaret & tueretur, Rursum, quia cum sole quasi oru, & in horizonte, in quo erat S. Iohannes, ascendere vide- bat: quocties dicitur ascendere ab oru solis, tum quia venet ut lata & prospera nunciaret, tum quia nouam Lætiniam, & qualis lucem afferbatur. Nasci enim ad Oriente idem est quod exori tamenquam nouam solem, ad illustrandum eos qui in tenebris & umbra mortis sedene. Quomo- do de Iudeis ab Aman & à morte liberatis dicitur, quid eis noua lux erat usq[ue] est. Ester 8. 16. Et Malac. cap. 4. v.a. air: *Orritur orbis timelibus nomen meum. Sol nescire, & faciat in peccato eum.*

Habet hic angelus signum grec. εστιον, id est, signum, quod frontibus electorum impetrat, Dei via, qui feliciter suis à communis exilio impis parato, in fine mundi seruabit & vivificabit. *Vix enim via, est epithetum Dei:* Deus enim est ipsa vita increata, que omnis angelorum, hominum, animalium & plantarum viræ, tum naturalis, tum spiritualis, tum beatæ, tum gloriose fons est & audier. Quidam fuerit hoc signum, iam dicam.

Quod ad ipsae signem seru Dei nelli in freno- rum coram.] Alludit ad seruos, sine mancipia, qui oblitus ab heri signate fronti insulto, atque ac peccato, notabantur, vt, si fugerent, vel errarent, aut caperentur, ex signate cognoscerebantur, cuius heri vel dominii essent, eaque redirentur. Sic Paulus ait se signata Domini le- su in corpore suo portare, Galat. 6. Vide dicta Ezech. 9. ver.4.

Rurius & potius, alludit, inquit Peretus, Primo, ad sanguinem Agni paucitatis, quo signatae sunt deus Hebreorum, os persecutentur ab angelo cedente primogenitis Aegyptorum, Exodi 1. Secundo, alludit ad titulum iure Pontificis: iure enim inscriptus erat hic titulus, *Sanctus Dominus.* Exodi 28. vt ex eo quali signo cognosceretur, quod esset Pontifex Dei sancti.

Tertio & maximè, alludit ad signum rav, quo signati sunt gemetes in letalem, idque in fronte, Ezech. 9. ver.4. Vnde sequitur, hoc signum fuisse signum crucis Christi: hucus enim frontem Signum Dei vivi est tunc.

VERS. 2.
Angelus ha-
bēti signum
Dei vivi
quis?
Prima ex-
positio.

Secunda.

Tertia.

VERS. 3.

M. a habebar.

docens inducatur. Immerit ergo Sicut Senensis, & pauci aliis hunc Edes librum ut fabulosum reuelant, vti dixi in Esdra.

Sicut ergo ante Christum dicebantur anime esse in promulgariis, sive cells in limbo, expellentes Christum & beatum resurrectionem, ita post Christum dicuntur esse sub altari, post thymiamatis in celo: quia enim sunt anime intercessorum pro Christo, hinc, sicut corpus eorum dicitur esse sub altari holocaustorum in terra, ita & anima eorumdene dicuntur esse sub altari thymiamatis in celo; expellentes unione cum corpore, ut illo vestire super altare quasi eleuentur ad perfectam gloriam, & consummatam beatitudinem. Altare enim holocaustorum erat in atrio, quod terram significabat: vnde sub eo corpora tervena Martyrum sepulta dicuntur. Altare vero thymiamatis erat altare oraculij iste, Sancti sanctorum, post cali empiri: vnde sub eo anima beatae collocantur, ut per hos symbolos significetur, illas esse animas Martyrum, aetate expeditare martyri premium, post gloriosum corpus, sequi ac vindictam suorum homicidiorum. Quia enim sunt animae nadie, hinc quasi ad regendum nuditatem earum, dicuntur esse sub altari, sub eoque quasi latere, ac illo regi, id est, ab hominibus abscondi, donec in resurrectione gloriose corpora donatae & velutizate suamque gloriam & martyri lauream publice todi mundo ostendente.

Intercessorum propter verbum Dei (ideoque Martyrum) & propter testimoniis quod habebant.] Quod rubeantur, scilicet veritatem fidei, & vita innocentium: hoc enim est Martyrum testimonium, vnde Alcazar: Propter testimonium, inquit, id est, propter doctrinam quam defendebant. Sapient enim testimonium ponitur pro doctrina. Pro animis intercessorum, aliqui legunt 40 de veris & 1000 intercessorum, id est, animas benevolentium signatorum: sed Nestor & alii legunt 1000, id est, jugulatores intercessorum.

VIR. 5. 10. *Et clamabat vox magna.] Clemens magnus, magnum qd desiderium: animorum enim verbis iunt ipsa desideriantio coim minis quaque clamat, quanto minus desideria. Nam si desiderium firmo non esset, Propheta non diceret: Desiderium cordis nostrum audirem atri me. Ait S. Greg. lib. 1. Morale 4.*

Dicentes.] Ex zelo infinito, non vindicta, appetentes scilicet, ut destrueret regnum impietatis & peccati, vique pia ab eo liberentur, & impia puniantur, inque super omnes adueniar regnum Dei, ait S. Augusti loco citato.

Vt ergo Dominus, virpore qui es sanctus & rex.] Id est, equus & miles, cuius prouide est exercitus & veros, id est, iustos; compescere autem & punire impios & iniustos, quales sunt nos fideles tuos persequantur & occidunt. Sanctorum ergo & verorum, id est, quod, sancte & veritas: dominicatio enim ponuntur pro vocatio Atrie. Simile est quod canitur in Patatece: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis misericordia nostra; Sanctus, id est, Sancte.

Non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitaveris in terra?] Iudicium ad cause cognitionem pertinet: vindicta ad perficiendum & exequendum rem iudicatam, sive sententiam pro infante contra iniuriantem latam.

Quoties, quod iudicium, quam vindictam à Deo posulebat anima Martyrum? Respondet Primo Alcazar, eas petere vindictam de iudicis

A Christicidibus & Christianoribz persecutoribus, eamque in hac vita, scilicet ut Deus eos exscindat per Tuum, Adrianum, &c. Non enim, inquit, orans, nec volant staurum à Deo extremi iudicii diem: precibus suis accelerare & antevetere, sed petunt violonem quam Martyrum saugis de persecutoribus petebat. Verum haec vindicta, & hoe excidium iam per 25. annos facta erat & preterierant: quodcum ergo ea qualiter needum facta, sed futura operat?

Secundum, ali passim censere, eos petere vindictam condemnationis ferendum & exercendum in persecutoris fidelium in die iudicij.

Verum dico, haec animas premiatae non tam Terria genitissima.

B polcerent iniuriam & persecutorum puocionem & condemnationem, quia innocentium, postea lui, suorumque affectuaribz ab iniuria liberacionem. Hanc enim significat Hebrei 12. secundum, id est, vindicare, quando conseruitur cum prepositione *pro* me, id est, *pro*, *ex*, *de*; & Grecum *διαβάσω*, quando conseruitur cum prepositione *à*, ut hic sit: optine enim vindicari *à* non *contra* me sed *in* te, id est, ex habitantibus in terra. Sic 1. Reg. 1. 14. sit David ad Saul: *Iudices Domini inter me & te & vici te me* Domini ex te, manus autem mea non fu in te. Vicitur id est, liberatur ex tua tam acri perfectione: non enim in ore impetrarit Sauli necem, & vi oboccidit Del. Ait

C enim: *Mansu mea non sit in te, quasi dicat, Absit ut te ocedam, esto habuerint te in manu mea; non enim tibi mortem, sed mihi à te liberationem & salutem opto, & querio. Fuit enim ipse manus tuus, vnde de eo canimus psalmum 13. l. 1. *Memento Domine David, & omnis mansuertinus eius.* Sic Luce 1. v. 9. ait vidua iudicis Iudicis, id est, libera, *me de adversario meo.* Sic iudices & vindiciles Israëlis in libro Iudicum vocantur losne, Gedéon, Sampson & alii, qui Israëlem à virga Philistinorum, aliorumque Gentium exemerunt, & in libertatem affuerunt; esto id fecerit capte cum hostium strage. Sic vulgo dicitur, principem Christianos è manu Turcarum in libertatem vindicasse, cùm eos è captiuitate Turcarum eripuit, liberisque effecit. Sic ait Simon Machabeus 1. Machab. 1. ver. 6. *Vindebas, id est, liberabio de iugis & tyrannide Antiochi, gentem meam, & familiam, natus quoque nostrar & veteris, quia consergata sum immensa gentes conservere nos.**

D Animes ergo Martyrum hic optant vindictam, id est, sui liberationem, eamque duplarem, scilicet Primo, ut Deus eorum sanguinem iniulce effundat, & corpora iniulce occida, quae adhuc in hac iniusta occasione & morte manent & detinentur, fibi restituant, illicque rufum animar spoliatus nuditate tegat, & vellet: vnde respondit auctoritate à Deo accipiunt, ut pro corporibus accipiunt stolas candidas, quibus se regant & vestiant, donec compleat numerus confessorum eorum; una enim plenè eos corpore gloriose vesciendos esse. Vnde S. Greg. lib. 1. Morale 4: *Quid, ait, si animas vindicabis petiuntur dicere, nisi diem extremum iudicij, & reprobationis extirparum corporum desideraret?*

E Secundum, operant vindictam, id est, liberationem Ecclesie & fideliū à persecutorum tyrannie, ut scilicet Deus eam libearet & sustinat, reddatque Ecclesie pacem & quietem: quibus pariter responderet Deus, si id breui praestitum, sed operare adhuc modicum expectaret, donec cōpletus Martyrum & electorum numerus. Secundariis tamen,

In Apocalypsin. Cap. VI. 125

tamen, & consequenter optant quoque vindictam propriam dictam ex zelo iustitiae, quasi dicant, Vndeque à Domine iuste non faci iusticiam, vt nos & Ecclesiam infontem liberes, persecutores vero punias, vt omnes laudes & celebrent tuam in vitroisque iusticiam? Hanc enim postular Martynum fanguis. Idem enim est dico animas petere vindictam, quod dicere, fanguinem eorum illam depositare. Alludit ad 4. Eclips. 1. v. 8. Ecce fangus meus & infusus clamet ad me, & anime iustorum clamant perfruentur. Vnde S. August. serm. 19. de Tempore tomo 10. docet, animas has petere ut evanescat regnum peccati.

Terribilis, indicabilis, & quasi eminus orante sceletari diem extremi iudicii: illo enim die facientia est plena haec vindicta. Non quasi deerentum Dei de hoc die iam fixum & statutum mutari & accelerari desiderent: hoc enim fieri neque; sed quod abraham ab hoc decreto, illudque quasi prouenant. Deus enim ob orationes Sanctorum decrevit, vt finis mundi & dies iudicij ciuitatis adueniat & acceleretur, cum aliis illum diuinis differe posuerit, & de facto diuitius diffundatur, nisi haec Sanctorum preces ab eo praevixit, & acceperat sufficere. Pari modo ob preces Danielis & Prophetarum, dicuntur abbreviatus 70. hebreo-mades aduentus Messe. Daniel. 9. vers. 10. iuncte cum v. 24. Hic ergo preces antecedentes se habent ad Dei decretum, non consequenter: eodem modo se habent preces Sanctorum ad Dei predestinationem, puta ad electionem huius vel illius ad salutem & gloriam.

Quocirca S. August. serm. 11. de Sanctis, incusat predicatorum & fidelium desidium, quod ea in causa sit, cogit differatur refutatio, & regnum gloriosum Beatorum. *Videntur*, inquit, quia propter nos (dum ait, *Dame completere numerum confessorum*) Martynum vindicula deforster. *Dum enim nos relaxamus*, berens fangus maledicemus eis. *Sed hoc contigit nostris desidii*, qui non religiosi vivimus, qui non plus sicut congrui, speramus. *Nam si bonorum sperante ad Dominum iustitia nostra procederet*, iam confessorum numerus qui expellatur, esset complatus. *Vnde sportes*, fratres charissimi, quia primi Martynum boudaria felicitate venerantur de aeterna que in celis est, Martynum felicitate sedulo conseruamus, utique regnus in quantum possimus, segundando, spes eiusdem felicitatis supernae participes exultemus eorum, vt complicamus numerum ciuium exlestis leucorum, siue acceleremus regnum gloriosum Christi & Sanctorum.

Moraliter S. Bernard. serm. 3. in festo omnium Sanctorum: Vnde tibi ei misera caro, e fida & fidelita, unde tibi hoc? anima sancta quia propria Deus iniquitatem impinxerit, se desiderans quia redemptio proprio sanguine se expectaret, & ipsorum sine te larva complete, perfici gloria, etiam nominis beatitudinis non parere. Ad hoc sequitur viget in sic desiderium hoc naturale, ne secundum tamquam officio liberè perget in Deum, sed contrahatur quodammodo ex rupem faciat, dum inclinatur desiderio tui. Sime macula ergo fuit, ut ait Iohannes cap. 14. v. 5. sed non sine raga.

Et date fons illis singula stola alba. Id est, plena puritas, quiete & spes certa beatitudinis, inquit Andreas Cesari. & S. Bernard. loco superius citato. Verum dico: stola alba est gloria & beatitudine animae, quam Martynes accepérunt, nemusque lumen glorie, visio & fruatio Dei, ac consequenter humanitatis Christi, B. Virginis, sanctorum.

A angelorum, ac Beatorum omnium. Hec enim gloria inflata stola alba, animam corpore nudaram & spoliata vestit & condecorat. Est alba, quia lucida & splendida; & qui symbolum est innocentia & puritas Martynorum, cui in premium donata est. Hinc & Christi in transfiguratione facies resplenduit fecit sol, & vestimenta eius fusa sunt alba sicut nix, hoc est, mala luce canditatis & fulgida. Hac est ergo stola alba, quam Christus vincens promulgat exp. 3. v. 1. dicens, *Qui tecum sic vestitur vestimentis alba, & non debet nomen eius de libra vita.* Vide ibi didixa. Vnde patet, hinc animas videre Deum, & esse beatitudine enim beatitudine vincentis promulgata est sub nomine stola, sicut vestis alba. Hac etiam de caufa sit, quod Martynibus dante sint stola singula. Singuli enim vnam tantum accepérunt, scilicet gloriam animae: nam in resurrectione accipient singuli stolas binas: addebet enim illis gloria corporis. Porro stolas albas symbolum esse glorie & felicitatis, patet ex exp. sequenti vers. 13. & 14. vbi degentibus coram throno Dei dantur palmas & stolas. Ita S. Gregor. in psalm. 4. Psalms. vers. 10. & S. Anselm. Richard Haymo, Beda hic, ac S. August. serm. 11. de Sanctis. Stola enim pectus erat honeste & nobilis mulieris vestis, sive ad imos pedes deinceps. Vnde Horat. lib. 1. Serm. Satyra 4.

Ad talis stola demissa, & circundata pale. Et Martial.

*Quis quis stola purpurea contempserit
Quis coloris debet, laetus impis versu.* Hinc stolas mulier, vocabulari locuples & primaria: contulit togata vocabulari plebeia, & secundae clavis, vt videtur eis apud Horat. loco citato. Hic de caufa stola, praesertim candida & splendida, in Scriptura symbolum est glorie, immortalitatis ac felicitatis. Hinc Pharaon vestitus loquebatur stola byssina, Genet. 41. vers. 4. & 1. Paral. 15. v. 27. David erat induitus stola hyssina. Iudith cap. 16. v. 10. post victoriam accepit stola magna. Mardonius induitus fuit stola, & impotius equo ab Aman iussu regis volentis equo honorare, Esther 6. vers. 1. Et sapientia sit Eccle. cap. 6. vers. 30. *Eros tibi turges illius in stola gloria* & vers. 32. *Stola gloria sudus eam.* Et cap. 11. vers. 1. ait, Aaronem iussu Dei induisse stolas sanctas. Et c. 10. vers. 1. ait, Simonem Pontificem accepisse stola gloria. Iffair 6. vers. 1. de Christo vidente dicitur: *Iste formosus in stola sua.* 1. Machab. 6. v. 13. dedit Antiochus Philippo intimo suo stola suam, & annulum. Ibidem cap. 10. vers. 21. *Indue se Iacobus stola sancta.* Matet 1. vers. 38. *Canticum*, ait Chrysostomus, *qui volunt in stola ambulare,* & cap. 1. vers. 5. multiles in sepulchro Christi videnter angelum cooperatum stola candida.

Dicit, Spes ardens qua differtur, affligit animam: quonodo ergo haec anima Martynum ardenter sperantes & possulantes vindictam iam dicunt, sunt beati? Respondeo, Spes haec est ordinata, est quiete & composita in Beatitudine: ac quicquid enim in voluntate Deinon enim sperante, nec volunt ut statim haec vindicta fiant, sed ut fiat suo tempore quod Deus constituit & ordinavit: illius ergo tantum ingens se habere desiderium, sed in Dei voluntatem refugiarum, significans.

Moraliter Tertullianus lib. de Cultu feminorum in fine, eas ex hoc loco adhortatur, vt orente se stolis, non paupiribus, vel auri, sed innocentia, sanctitatis & fortitudinis. *Tempora*, inquit,

Ob preces
Sanctorum
accelerantur
dies iudicii.

VERE. II.

Stola alba
est gloria
animae.

Christianorum semper , & nunc vel maximè , non A
auro sed ferre transfigurantur : sola martyrum pre-
parantur , angelis bandis sufficiuntur . Prodiit vos arm-
amentum exstrutta . Apostolorum finitimus et sim-
pliora eandem , de predictis rubore tamen dupla ex-
celer viretudine , & spissius racinum arete in frontes in
aures sermonum Dei , accinctentes cervicibus ingem
Christi . Caput maris subvenit , & saecula ornata eri-
ctu . Manus lanius occupata , pedes domini figit , & plus
quam in auro placebunt . Vestitus vos serice probata-
tu . byssino fasciatus purpura predicticia . Talius pi-
gmentata Deum habebitis amatores .

Et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus
medicorum , donec compleuantur consenserit oratio .] Al-
cazar exponit , ut requiescerent , scilicet à visione , non Dei , sed vindicta de hostibus , pœna de ludis , quæ postulant . q. d. Deus annas Martyrum statim conuenientia folla glorie , sed quod pœ-
nitentiam vindictæ eorum , nullæ ut modicum re-
quiescerent , significans illam differentiam esse ,
donec numerus Martyrum ab eis occidendorum
compleatur , quo completo se eos puniaturum &
exstirpatur per Titum & Romanos .

Vero iam scriptis dixi haec referenda esse ad
omnes Martyres , & ad finem mundi . Sensus ergo
est . qd. Sicut corpora vestra , o animæ sanctæ , &
vestro sanguine purpureo , requiescent in suis fe-
pulchris (que inde vocamus grecè cometaria , id
est , dormitoria) sub altari holocaustorum , expe-
ctant gloriaj resurrectionis ; ita & vos pariter
requiescebitis sub altari thymiamatis in celo , in ve-
stris stolis albis , id est , in vestro lumine gloriose &
beatitudinis ; nundicūm expectate tamq[ue] resur-
rectionem : breui enim corpus , quod hic pro me
morti tradidisti , vobis reddam gloriosum , ac si-
mul viles & puniūm vestros persecutores &
homicidas , condemnando , & adligendo eos in
tartara , breui iniquam , scilicet postquam comple-
tus fuerit sociorum vestrorum , putat Martyrum ,
numerus quod propediem per Antichristum fieri .

Appositum . S. Augustin . 11. in Sanctis . Tali
inquietudo , modo loquuntur Dei omnipotens Sancti , velut
quidlibet paternitas habens . modis filii , singulariter
de agro reverentibus , & regantibus et cibum fari tri-
bunar responderet . Reficitus quidem vestra pars et sic
expedita fratre vestris , et ceteris in unum positi
fuerunt omnes in communem comedunt . Et S. Gregor . X.
Moral . 4 . Refidere eis (animabus) et sic collaborem
fratrem expeditare debent , et cum mensibus li-
benter expeditare moras infundere , et cum carnis
reformentationem appetere , non ex colligendis fra-
ternis augmentare gradentur .

12. Et vidi cum aperuisset signum sextum : & ecce terra motus magnus factus est ,
& sol factus est niger tamquam fuscus cilicinus : & luna tota facta est sicut sanguis :

13. Et stellæ de celo ceciderunt super
terram , sicut fucus emitit grossos suos cum
a vento magno mouetur ,

14. Et calum recessit sicut liber inno-
latus : & omnis mons , & insulae de locis
suis motu sunt :

15. Et reges terræ , & principes , & tribu-
ni , & diuites , & fortes , & omnis fetus , &
liber , abscondent se in speluncis , & in
petris montium :

16. Et dicunt montibus ; & petris :
Cadite super nos , & abscondite nos à
facie sedentis super thronum , & ab ira
Agni :

17. Quoniam venit dies magnus itæ
ipsum : & quis poterit stare ?

*Ei cum aperuisset signum sextum : & ecce terra
motus magnus factus est &c.*] Primo , Aretas hoc
referit ad prodigia facta in morte Christi : verum
hac iam diu praeterita erant , non futura .

Vers . 12 .
scutum s-
pilla quod
Prima ex-
positio .
Secunda .

Secundū , Ambro & Rupertus referunt ad
Iudeorum reprobationem , & excidium per Ti-
tum ; sicut que sequitur cap . 7 . referunt ad isti-
tutissimam vocationem Genitum . vide Peretum
singula applicantem pag . 462 . Huc accedit Ale-
xander , qui hoc sexto signo putat significari minus
horribiles , quibus Deus voluit præmonitos Iudeos
ante excidium , & ante septem plagaram
supplicia , quæ septimo signo continentur : porr̄
ha minus compatiunt cum prodigiis , quæ mina-
bundus inflantem extremi iudicii diem , quia he
ilorum fuerunt typus : unde & Christus Matth .
24 . confert excidium viris Hierosolymis cum ex-
cidio orbis , & ab illo ad hoc immedietè transit .

Minora autem haec septem sunt . Prima est , terra

mors , qui significat magnam rerum conmuta-
tionem & perturbationem , quæ Hierosolymis ac-
cedit eum seditionem & bellum contra Romanos
concitarunt . Secunda est , obfuscatus solisticè si-
guificat signa & prodigia quæ visa sunt . Dei indi-
gnacionis conera Iudeos refutant . Deus enim
supplicia illaturus , lugubri ueste quasi se induit ,
eo modo quæ rego Lusitanis oligo sententias
capitis latrū , faciem induebant . Tertia est , lumen
sanguis , qui denotat maximum supplicium , quod
eis pro Christi sanguine effuso impendebat . Quar-
ta est stellarum casus , qui indicat symbolice ne-
cem , quam S. Iacobus , Stephano , aliisque viris fan-
tasticis invenerunt , quod etiam Iudeis minabatur
terruinam . Quinta est , complicatio exili , qui
symbolum est Christianorum dilectionis ab urbe
Hierosolyma , quæ non leuis etiam fuit clivis
conminatio quæ enim hic Deus per seolum , Christus
pro lunam , Apolloni virique Apolliticis per
stellas fuerunt significati ; hinc consequenter ap-
postoli primitia Ecclesia , fuit primi Christiani per
celum significante : de lido ait Cheilus , Vir-
tutes celorum mundissimo . Virtutes enim celorum ,
sunt exercitus celi , putat Ecclesia militans , qui po-
tentia letusalem ab excidio defendere , sed eam de-
ferens se si o' prefidio deflentur , eamdem Roma-
num pœna exposuit . R. usum in libro intulito
notari Iudeorum exercitio , quæ omnis eorum
sapientia fuerit conuoluta & complicata , ut quasi
nihil scirent , nullas rationes saluandi se & urbem
intervenire possent . Sexta est , migratio ac secclio
monium & infilarum , qui portendit Deum Tito
& Romanis obices , difficultates & impedimenta
omnia amoneat & tollere , viamque quasi com-
planata in Iudeam , ut eam subigant & euerant .

Sepuina est , metus & horror communis omnium ,
deseruum monibus . Cadite super nos , qui figu-
rat ingentem timorem , qui Iudeos peruerterat ,
evidens est argumentum , quid Deus seuerificari
in eos vindictam iam iam exercere velit .

Vero iam omnia pariter praeterita iam erant ,
non futura ; ideoq[ue] historica , non prophætica .

Constat

In Apocalypsin. Cap. VI.

127

Constat autem Apocalypsim esse prophetiam de futuri. Itaque hic sensus est accommodatio quendam, & adaptatio pontis quā expositio gemina. *Adde. v. 15.* nominari reges, quos confitit non suffit Hierosolymæ. Ita super, quod dicent monibus, *Abscondite nos a facie Agni*, non congruit Iudeis, qui Christum non agnoverunt; nec Agnum, sed virsum pontis & lupum eum vocavitur.

Tertia.

Tertiò, Aureo, & Lyran, hec referunt ad persecutionem Diocletiani, quando Christiani monibus, id est, Beatis in calo, eos inuocantes, discrunt; *Cadavere est*, protege nos. Verum hæc expostio violenta est & contorta, vt patet: est & inordinata. Nam persecutio Diocletiani, vel & ceterorum Imp. representata fuit sigillo secundū, puth equorū, vt ostendit hoc e.v. 2.

Quarta ge-
nus.

ca* cap. 2. 3. vers. 1. vnde à Syro vocatur esse curva. De Martyribus enim hinc locum accipiunt Sanctus Augustinus Sermon. 1. de Sanctis, & Sanctus Gregorius homil. 27. in Ezechiel. Tertiū, quia alludit Iohannes ad hieronicas: horum autem triumphantium vestes sapienter erant purpureæ. Vnde de purpura ait Plin. lib. 9. cap. 3. *In triumphali mæcchanis auro.* Quarò, quia *αλεύσθαι* Græcis fæcet id est quod nitendum, limpidum, splendidum. Vnde aqua, ver, ætas, fluvius, ferme, verius vocantur *αλεύσθαι*, id est, alba, hoc est serena, nitida, lucida. Quintu, quia purpuream subinde idem est quod candidum & fulgidum. Sic enim cygnus vocatur purpureus, id est, canidus & splendens.

Ex aduerso Alcazar censet, albas stolas planci *Fusione*
fusione candidas, non purpureas, idque videtur *alba.*
venus. Nam Primo, vincenti cap. 3. 5. promul-
Christus

In Apocalypsin. Cap.VII. 143

Christus vestes albas, non purpureas. Secundū, quia alludit ad stolas sacerdotales: he autem erant byssine & candidae. Tertiū, quia alludit ad Isaic 1.18. *Si serui peccata vestra ut escoria, quasi nix dealbaturuntur: & si fuisse rubra quasi vermicularia, velut lana alba erat.* Quartū, quia Christi in transfiguratione vestis facta est alba quasi nix, ex mira Christi luce & gloria: talis autem erit & horum sexuorum Christi, ut pater cap. 19. 14. vbi de Sanctis iam glorioſis, Christum ducens equo albo insidentem sequentibus ad prælium cum Antichristo incedunt, dicitur: *Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis, vestiti byssine albo & mundo.* Quintū, quia sapientiam triumphantem, æquè ac magnificatam, vestes erant candidae, vii fateretur Faber. Sextū, quia esto purpureum ponatur subinde pro albo, numquam tamen album ponitur pro parte.

Ad primū resp. sanguine Christi dici apimas dealbari metaphorice, id est, emundari. Nam sanguis Christi propriè & physice non tangit animum, ut eam suo colore tingat, inficiat & purpure. Hoc est quid ad Iohannes Epistola 1. cap. 1. verf. 7. *Sanguis Christi emundans nos ab omni peccato.* Iisque ut nocte Alcazar, consideratur hic sanguis Christi insta sapientia efficacissimum, qui masculi: omnes & longes penitus eredit & abfert; iisque linea facit candida; esto ipse non sit candidus.

Ad secundū resp. animas hæc fuisse non tantum Martyrum, sed quocumque fidelium Sanctorum & electorum, qui post baptismum vel penitentiam renuntiatus, & persecutionibus omnibus, praefectis Antichristi, fornicis & conflagratis restiterunt, ideoque vestem candidam baptismo acceptam, ut penitentiam renouatam non redidissent, sed candidam conferuerant, ut dicit Ticonius, Beda & alijs. Fateor tamen in te eos multos fore Martyres: verū & horum florile, quia animas tantum vestiunt, non corpora, sunt candida: quia gloria beatifica, quam stola significat, cùm sit spiritualis lux & claritas, portis candoris quam rubori comparatur: lux enim est candida, non rubea. Vnde in hymno *Té Deum laudamus canit Ecclesia: Té Martyrum candidatu laudes exercitare.* Quod ergo Martyribus datum color rubens, fit propriæ coru corpora, ut reperirent sanguinem ab eis effusum meteri purpure & regnum celeste. Quocores verisimile est, etiam in celo docent claritatem quæ erit in corporibus Martyrum, ita candidam fore, ut similis sit rubra, sive vermicularia ex candido & purpureo, ut cum D. Soto dixi Daniel. cap. 12. verf. 3.

Iam ergo animæ omnium Sanctorum, etiam Martyrum, habent stolas candidam, id est, gloriam beatificam; post resurrectionem vero corpora Martyrum habebunt claritatem candidam quidem, sed ita, ut ei insit aliqua purpurea species & reflexio; quomodo videmus in genitis quibusdam candidis & pretiosissimis rubrum inservient halitum, & purpuream quasi animam. Nimirum enim candor, praefectus lucis, ita splendescit, ut rubore & purparascere videatur, ut patet in fulgute. Et hoc est quod de Christo in transfiguratione ait Lucas.

Ad tertium, quartum & quintum patet responsio ex dictis.

A Porro Martyres vestimenta candidi, Primitus, quia candida designas eos pro cana candidaque fide vique ad mortem decedentes. Color enim candidus notat fidem antiquitatem & canitatem. Vnde à Virgil, vocatur *cana fides.* ita Girald. Syntag. 1. Secundū, quia candida vestis symbolum est victorie & triumphi. Hinc Apocal. 3. verf. 5. *Qui vicierit, inquit, vestietur vestimentis alba.* Quocirca Terrul. lib. de Corona milit. *Totum, ait, de Apocalypsi armatur, & de martyri candida, laurus melius coronatum, denariorum Christi in ea tunc expellat.* Ita Sanctus Cyprianus Scrm. de Lapis sub initium: *Adopti milium Christi ciboris candida, qui persecutorum ferociam turbulenta omnia statim conformat.* B sive frumentorum. Tertiū, quia color albus indicium est pacis, quam Martyres post prælium sternam in celis adipiscuntur. Hinc olim deditiois pacisque petilio, non nisi sublata alba veste firma & tuta habebatur. Vnde *Ennas lib. 3.* Aeneid, ex candore equorum, qui in conspectu Italorum apparuerunt, pacis omen accepit. Tambaranes obliens vibem, primo die vexillum candidum, quasi lignum pacis, si se dederent, pertendebat, secundo die atrum; tertio die crucem. Quartū, candida noua gloria & immortalitatem, ac pectorum donem claritatis, Martyrum. Hinc Angeli post resurrectionem Christi apparuerunt Magdalena & Apollonis in stolis candidis. Hac de causa Sanctus Antonius veniens Alexandriam candidatum se stitit iudici, ut ab eo martyris lauream adipisceretur. Audi de en *Sanctum Athanasium* in Epist. ad Solit. vitam agentes: *Candens precinum vestis, procederem iudicem suo præsecutus affectu, flagrans cupiditate martyris.* Ita Sanctus Gerulus & Proetus Martyres, albati apparuerunt Sancto Ambrofio, cum ipse indicio Sancti Pauli eorum corpora queasceret & inveniret, ut ipse referit in Epistola circulata, quoniam de hac intentione scripsit ad Episcopos Italie.

Symbolicè S. Bernard. Scrmari. de die Pasche: *Symbolicæ Agmina, inquit, hoc sunt Sanctorum dealbaturum, qui lauunt stolas suas, & candidas eis fecerunt in sanguine Agni: quia exirent enim eo, & in eo aqua deambuunt, & testimoniū perhibet ipsi qui videt. Aut certè, candidas in sanguine Agni mouet, sanguine latere, candida & rubricando, sicut habet in Cantico Confessorum cap. 5. *Dilectus meus, ut flanga, candidus & rubricandus,* eleictus ex misericordia. Praecipit S. Hieron. tom. 2. Epist. 1 t. *Frasur, aut, ut virgines corona, & ob quotidiana martyria stolas Agmina sequuntur.**

E Et palma in manibus eorum.] Palma apud Historicos, & sacros & profanos, symbolum est victorie. Vnde & in templo Salomonis, æquè ac Ezechielis, palme erant insculptæ, quasi ingredientes ostentantes brauum, si pro Deo generosè certarent & vincenter, ut fulvis dicti Ezech. 4. t. in fine cap. Hoc enim turba quam videt Iohannes, est victorum: nam de his sit cap. 1. verf. 1. *Vicerunt bestiæ (id est, Antichristum) & imaginem eius, & numerum nominis eius.* Peccati Sanctus Augustinus Scrm. 1 t. de Sanctis: *Scelis fulgent alba, & palmas in manibus habent, quia premia in operibus habent, donec corpora que pro Domino ipsis vñstari, & beatis dilacerari, flagri abhinc, per præcipua diffici, vnguis arrabi, ammonendo panarum genere passi sunt dissipari, per resurrectiū glorificatae resipiunt, hoc est,*

est, in die iudicij se receptos sperant, iudicium credunt.

Alludit ad victores in Olympiis alisque certaminibus, praesertim factis, id est, ad hieronimias, hi enim vesti alba, florida & triumphali, atque palma, subinde etiam corona palmaria donabantur. Unde & Tertull. libro de Fuga in persecutione, sub initio, docet hic similitudinem defumam à re athletica. *A quo, inquit, etiam edicimus, nisi à quo eavera & premita proponant: legem edicimus agnos istum: quod premio ad victoriarum uisusat* (discit cap. 3. t. *Qui vicit, hoc uictorie uisusat* alibi. *& non debet nomen eius de libro vita*) *ea agnosces ad eundem agnoscam perire certamen arbitrum, qui iuuat ad premium. Rursum, hieronimias etiam post mortem coetanabunt, eisque diuinis proprie honoribus habebant, iudicium vocabantur iudiciorum. Ita Pauianas in Arcadicis fol. 2. 19. tradidit olim in agonibus, praesertim factis, victori datum fuisse gaudium, signum, id est, palmeam coronam, addicione, à Theseo, cum à Creta rediens apud Delum Apollini agomen instantiasset, coronas palmeas victoribus datas, indeque isti conseruandis factum initium, cuius palme apud Delum Hermetum quoque meminisse. Et Plinii in Theseo: *Laudes, aut, cum edicuisse ferunt in Eolo, ac vicitores ab illis tunc primum palma rarus donaverunt.**

Palma datur victori, Porro palmarum hanc in medio stadij loco emittente, in mensa spedienter proponerent, utl. ex S. Chrysost. Virgil. &c. aliis docet Petrus Faber lib. 1. Agonist. 3. t. Cagliam das Phararech. in Sympos. quell. 4. in fine: *In certaminibus, inquit, plena palmarum signum esse victoria: quantum eius in dulce est, ut vrgentibus opprimitur, que non ceder, sed fortius affutat. Rursum, palma significat manus. & laborando aquiti vitoriam. Nam à similitudine palmarum est, concave manus, que in digito definita decore patet, dicta est palma arbor, quod illius admirari comam habeat in eucume circumstremans, & ramos in digitorum modum protenos. Unde & fructus eius dactylios, id est, digitos, vocamus, quod digitorum sunt similes. Hinc & palma vicitori in manum dabantur, quasi palma palma: manus enim & palma certando, acquirent palma triumphum. Quocirca Romae in Capitolo, bis bello Persei enata palma vitoriarum portentur. Sic & palma Trallibus in belli Caesaris Dictatoris, eis bella eius cuiuslibet exorta, eius triumphus praemontaur. Tertullio libro 17. cap. 25. Hic verum iudicium: *Aeneus tibi domus nascitur. Sic Claudio. in laud. Scilicem:**

*Cion roris aevengens ardua penitus,
Ipsa docit sacra uictoria panderet ad eas;
Et palma variis gaudens, & amula trahens.*

Infuper palma in Persei capite enata processu profecta est, & eodem loco his enata, M. Mellale & C. Caiſſi lustro, à quo tempore podiciatum subeflant. Piso grauis anelus prodit, ait Plin. lib. 17. cap. 25. Ita mollitatis escharitatis, delicia virtutis robur auferunt. Ita vicia est Roena, quæ nullis armis vincit poterat, cum, ut ait Juuenal.

Senior armis Luxuria memuit.

Palma ergo hic datus Sanctus futuri in fine mundi: quia acte habebunt certamen cum carne, mundo & demonio, ac praesertim cum Antichristo, alisque impio, ac plerique occubent

Martyres; immo omnes erunt Martyres, saltem in uoto & preparatione, & quantum erit ex parte Antichristi. Ispic enim omnes fideles sibi relulantates, editio communis ad mortem damnationis, ut fecerunt olim Decius, Diocletianus & alij tyranni. Nam, ut docet S. Cyprianus, Martyres dicti polunt omnes illi, qui decreta principum infidelium & tyrannorum, pro Christi fidei damnantur ad mortem. Unde & Confessores olim, qui in carcere degebat sententiam mortis expectantes, vocabantur Martyres. Hinc S. Cyprianus scriptus liberum ad hanc Martynet, quo ad martyrum tripla obediencia animat. Gaudete ergo, & in Domino gloriantur hoc titulo martyris Religiosi, qui hoc auctio in Iaponia, China, Anglia, &c. edicis principium infidelium vel haereticorum proferuntur, & ad necem damnantur.

Norat Hugo Card. folia palmarum esse instat gladii vel pugnios recta & acuta, ut verè ladanæ & pungant tangentem, ac per hoc significare Palmam, gladium quo feruntur Martyres, in palmarum, id est, triumphum, veri. Secundum, palmarum gloria non rū gladio, id est, dimicatione, comparari. Sie & malum punicum symbolum est martyrii, de quo dicitur Cancl. 4. *Sicut flagrum malum panis, ita gena tua: quia, ut explicat Beda, inter omnia poma folium panicum est coronatum, ac granis rūcandum dum idéoque significat pulcherrimam & pretiosissimam Martyrum sanguine suo rūculorum ad purpuratorum coronam. Palma,* inquit S. Ambros. Serm. 2. 4. *Martyrum suam est ad cibos, embrofa ad regnum, beverabile ad triumphum, semper uires, semper uictus, felix, semper parva uictoria: argu uero non marcescat palma, quia Martrium uictoria non marcescit. Pulchrit. Tertul. Apolog. 10. *Prelum, aut, est nobis, quod pronosticamus ad tribulum, ut illa sub divisione capitum pro ueritate certemus. Ea uictoria habet & gloriam placenda Deo, & prudam & uenienti in eternum: ergo uicuum cum occidimus, exaudiemus eum obducimus. Laci nunc Sarmentum & Seminax appellat, quia ad stipitem dimidiu axis reniens fermentum ambis exanimat. Hic est habuum uictoria nostra, hec palma uictis, talis curva triplum. Palmarum vocat uictum & truncam, quod ei palma essent intextæ, que etiam Lusio lib. 10. nota est in triumphis, à quibus togam palmarum dictam esse, notauit quoque Servius in lib. 1. t. Aeneidos. Centur. Pachalibus lib. 6. de Coronis cap. 2. t. Tertullianum alludeat ad palmas nascientes in rupe Vulcani, quæ ardor perpetuus. Etsi enim ubi radices palme ignis laxis angustiantur, tamen & florent, & vberes fructus edunt; quod instar miraculi estis Martyres inter fermenta & ignes vident, & fructus exaltis charitatis & fortitudinis producent.**

Infuper palma falsum solum diligat, si non aliqua est, ait Ruel. lib. 1. de Natura stirpium c. 11. 8. Ita virtus sale sapientie condita non patitur se viciuicordibus inquinari, sed intaminatis fulget honoribus. Idem de palma docet Theophratus lib. 2. Histor. plant. cap. 8. Solom. aut, arvensim falsagrinorumque conspicit: *alteiro ubi tale negat aggredire saltem apergan. Phararech. lib. de Orac. silentio, scribit in templo à Cyphelo consecrato, palmarum fuisse æneam, ad cuius radices sculptæ uidebantur plurime rancæ & hydri: palma rancis obelia, significat quod virtuti comes sit multa. Rursum*

In Apocalypsin. Cap. VII.

145

Russum palma fuccia renascerit: mithimque de ea acceptimus cum phoenice sue, que putatur ex huius palma: argumento oomen acceptissime (quoniam enim palmarum & phoenicem significat) iterum mori & renasci ex scipia, ut Plin.lib. 7, cap. 4, ita Martyres mortientes renascentur ad immortalam vitam. *Tellante vero.* Insuper Q. Calaber describens clypeum Achillis, sit in eo effigie fulisse montem diuinam virtutis, quo ipso stabat palma vertici pedibus innitis, ardua ad calorem pertingens. Virtus enim, ut ait Claudio, io. Consul. Thond.

Domiñ animosa suis immortalesque excolit.

Coffeum ex alta mortalia delipes arce.

Hoc, lib. 1. Carm. propositus, homines heroicis & palmatis virtutum victoribus euchi ad deos, & humilitatem penè cum diuinitate committate.

palmisque nobis

Terram dominis enechi ad deos.

Ita heroicis & Martyris Dei robur & gloriae participant, siveque quasi dī quidam terrestres.

Denique Plautarch, in Sympos. & ex eo Carolo Pachalius lib. 6. de Coronis, c. 10. & 2. nota palmarum Primò, esse longissimam vitam; Secundo, non aliudque quālē ex scipia renasci; Tertiō, perpetuo virore superaret laurum, oleam, myrtum, quantum arborum foliis eadēbus alia succedant, cùm ipsa nūbil amittat sit. Palmam ergo censeri pulchritudine, iugis virore, inuisitō robre, id est, quae esse symbolum heroicis virtutis & victoriae. Hinc à Virgili. & Aeneid, palma vocata ardea, siue ad virtutem non iure nisi per ardus. Quocirca Terull. contra Gnoth. Pytēs, inquit, ipse non queritur dolere, se non valde corona premis valvula; palma sanguinem obferat, plus victoriarum est quam invictarum. Et eiusdem: Immorta multitudine albari, & palma vicitaria insignis resculpsit (hoc loco Apocal.) sedes de Anachorite triumphales. Porro Olympioniarum praemium era palma, tuncque gestabat manus; alij etiam capitē ex ea coronato. Hinc Virgil. & Georg.

Seruit Olympiae miram premia palma.

Et Caiusdor. Variat. lec. lib. 8. c. 2. *Cassanier*, ait, Diversus numerus corona glorificat, Olympicus eorum frequentia palma nobilitat. Hinc in Actis Martyrum passum legimus, bone illūrū Martyrem gloriam, igne, cruce, &c. palmanum martyriū adeptum. Martyribus ergo quasi legitimis hironimis, verisque Olympionice palma hic à S. Iohanne, imo à Christo assignatur. Ira S. Papenburii Anachorita, palma affixus palmarum martyriū obseruat, cuius elemē natalem recolit Ecclesia die 16. Septembre, de quo eleganter Poëta:

Latus est vicitaria palma in affixa exergo.

Latus est; quoniam non nisi vider obvi.

Ira S. Petrum Episc. Alexander. Martyrem capite plexum, fideles in thoro episcopali (in quo vivens humiliatis audio sedere voluerat) collocaunt cum palmis in signum victorie, hymnisque Deo ecclastent. Quin & audita vox ē celo: *Petrus principium Apostolorum, Petrus finis Martiriorum Episcoporum Alexandrinorum*, ita babet eius vita.

VERS. 10.

E clamabant vocē magna, iogemē gratitudinis, exultationis & iubilacionis affectū: *Salutem Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.* Subaudi, tributar; vel quasi dicant, Appreciamur & congratulamur toto corde Deo iusta salutem, gloriam & felicitatem, à quo omnis nolita aliorum-

A que salus & gloria dimicatio sit. Ipse enim non tantum à plagi angelorum, in fine mundi orbis inferendis, sed & à peccato ac damnatione æterna salutis, vitæque, salute & beatitudine æterna donauit nos. Vnde Varabiles & Erasmus Graecum euro, id est, salus, vertunt *salutem*, quasi dicant, Quid salutis sumus, hoc debemus Deo & Christo. *Magna*, inquit Sanctus Augustinus, fenn. 11. de Sandis, *sacerdotum Dei decantem*, qui magna gratiarum alioane receperunt non sūt vīrū, sed ipso auxiliante, tribulationum impugnationem superata certamine.

Et omnes Angeli. [Applaudentes clientum suo-

VERS. 11.

rum, pura hoeniorum signatorum & electorum, lauti, pro cāgo Deo gratias agentes, eumque claudantes. Vide dicta capite quinto, verf. videlicet mo & doodecimo.

Dicentes. Amen. [Amen hoc primum dupliciter VERS. 12. accepit porcū: Primo, ut sit nomen, significans veritatem fidelium stabilitas, quasi hoc sit primum elogium & epithetum, quod angeli tribuant Deo, q.d. Deo tribuant veritas, celebretur ab omnibus Dei veritas, qua fideliter, vti decretū & promisit, seruos suos à se signatos per tot tenetiones & procellas in portum salutis deduxit. Vide dicta cap. 3. v. 1 a, ita Riba.

Secundò & simpliciter, *Amen* potest accipi ut aduersarium, quasi applaudant turba Beatorum dicentium: *Salutem Deo nostro & Agno.* hic et enim quasi altera voce & chorus respondent angeli, *Amen*, quasi dicant, Fiat, fiat. Vnde & Biblia Romana, atque alia post *Amen* ponunt propositum: quod plures significat *Amen* esse clasius doxologiz precedentis, ac non pertinere ad ostium eorum doxologiam que sequitur: *Benedictus & clarus.* Ceteri omnes Beati suam prouulsi, angeli enim confirmant dicentes, *Amenac* insuper ex ingenti gratitudinis affectu nouam suam subgunt, cui iterum subiectum, *Amen*.

Vbi nota Alcazar, hanc *Amen* iterationem significare vehementem assuetationem, ortam ex maiori penetratione, majorique admiratione diuinis bonitatis, que homines miseris & peccato perditos, per Christi sanguinem & mortem ad tantam salutem & gloriam euerit.

Benedictus & clarus. [Grecē δέξει, id est, gloria, subaudi, tributar Deo, quasi dicant, Omnes angeli, homines & creature benedicant & glorificant Deum, qui hoc est signatus a deo fideliter, sapienter & beneficē salutis & beatitudo. Hinc Syrus & Arabicus pro *clarus*, vettunt *gloria*. Benedictio proprie est boni imprecatio, ut cum quis votu aut verbo alteri bene precatur: *Dei est clavis, homini inefficax.*

Et gloriam illa. [Grecē ωραγεσία. Hoc elogium hic ponitur pro *clarus*, qui tributar Agno cap. 5. v. 1. nam eastera felix elegia que dantur ibi Agno, dantur hic Deo. Angelī hic indicant homines beatos immensas Deo agere gratias, monētique viuentes & militantes, ut idem agant. Hi enim beati, vel potius beandi in fine mundi, erunt in gloriissimis persecutionibus, tentationibus & periculis damnationis: tenetur enim eos modis omnibus Antichristis, temerari monitus, caro omnēque diaboli. Cū ergo euaserint ad portum salutis, palminque allequerint, dum videbunt se nec salutis naufragia, nec peccandi discrimina, in quibus millena & milleni, in eorum socij, coniubinales,

N para

parentes, filii, cognati amici, perierunt & damnati sunt; tota eccl^a mons & spiritus in gratiarum actionem cuncturatur, cōtique eorum gaudiam suam non capiat, immo p^re gaudio exasperet, nisi Deus illud contineat; præterim d^ram videbunt se collocatos in terra felicitate, gloria & regno celesti, in eisque confirmatis & lecuros, ut ab ea nūquā possit excedere, sed planè certi sint eam fore sibi perpetuam, & in omnīa eternitatem duraturam. Vnde totis p^ræcordiis canent: *Cantemus Domino, gloriis enim magnificē et agnoscere p^ræfatum p^rote in mare.* Et t^requa quia Moies cum Hebreis transiō marī rubro, & submerso Pharao cecinerunt Exodi 15. ac p^ræfectum illud: *Nos nūs Domini, nūs nobis, sed nūs tu p^ro pl^riam.* Quāmobrem optimaratio impetrandi à Dōcō dōcū perfecūtur, & pertingendi ad salutem & beatitudinem, est iugis gratiarum actio. Hac enim est inchoatio vita cœlestis, hac est flūs ad iherē in celum vīque iugiter profundūm, ut tacita intonatio Dei, quae nosam & continuam ab eo gratiam elicit & promocat. Nam, ut ait Sanctus Chrysostomus hom. 16. ad popl. Optime beneficūs cuius est illi ipsa memoria beneficior, & perpetua gratia illi confitit. Et noster Thomas Thedidus de libro 2. de initiatōe Christi cap. 10. *Ego gratias pro munimis & eris dignus mea accipere.* Qui gratiam Dei reuocare desiderat, si gratia pro grāta data, paciens pro alia; & oret ut redat, eam si & bensū ne amittat. Et superius: *Ideo non possum in nobis dona grāta fluere, quia ingratis sumus culti, nec tamen refundimus fons qui origines.* Semper enim debetur gratia dñi in grāta riferenti: & auferre ab eis, quod dās solē huius.

Mor^r de gratiā
attīnē

Erit hic ergo locus moralis de gratiarum actione. Quām enim illa sit necessaria, vtilis, sancta, Deo grata, liqueat ex eo, quod in utroque testamento sapientia à Deo sit p^ræcepta, & sancta sub grāta culpa & pena, non utique ad Dei ipsius (quid enim Deo accedit ex hominocultorum gratitudine?) sed ad nostrum comodum. Verēd S. Augustini psal. 1. 4. in iuris: % inquit, *non laudari possunt Domini, iniqui, irreligiosi erunt.* Quid faciunt non laudans Domini, nisi ut scelerum sentiantur? Itaque statim ab initio creationis mundi, Deus iussit hoc beneficium bebedamadatim recolit, ac gratias agit, idēq^{ue} ex tunc instituit & sanctificauit tabernaculum, Genes. 2. 3. Sic beneficium conformatio & gubernacionis rectum creatarum, grāta memoria iussit recollit & expedit primo quoque die mensis, idēq^{ue} instituit festum Nōmenie, Numeri. 28. 1. vt id docui. Sic beneficium liberationis, à Pharaone & Agypto, memori gratitudine rememorari quotannis iussit celebrando Pascha, Exodi 12. 17. Data legi memoriam iussit tenacari in Pentecoste; p^rotetōnīs & dedūctionis per defertum 40. annis, in festo Tabernaculorum, & ita de ceteris. Quia & Levit. 7. ver. 12. peculia sacrificeum p^ro gratiarum actione, cum suis libaminibus & cāremoriis sancti. Deuteronom. verò cap. 16. ver. 2. Tōles, inquit, *de cunctis frugibus tuis.* Scilicet accedēsque ad sacerdotem & ducēs p^refator bodie eorum Domini Dei tuo, quid ingressus sum in terram, p^ro qua uenit patribus nostris, & darit eam nobis. Sic frugam decimas & primitas exigit in gratiarum actionem, ut ipsa efficiat quasi hominum terra sancta, Hebrei, quali in feendum data.

A Longe clariss, arctiss & fūpiss hæc gratiarum actio in novo testamento p^ræscribitur: Christus eam sanxit verbo & exemplo, Matth. 14. 19. Luke 9. 13. quinque hominum nulli in deserto paſſus quinque panibus & duobus pīcibus, cōiectū oculis in eum gratias Deo egit, p^ranēque benedixit: atque hæc p^rece & gratiarum actione quād vim multiplicandi & nostriendi elicit, ut pauci panes tot mīlia satiarent dicens nō sit Sanctus Chrysostomus hom. 50. ad popl. non esse ad mensam ascendendum, quinque gratias agamus ei qui eam nobis praebit. Rurum Luke 17. 17. leproſorum à te mandatorum ingratiitudinem increpat: *Nonne inquit, decem misericordias sunt?* & nouem ubi sunt? Non tūlū inuenis qui redire, & dare gloriam Deo, nisi hoc alienigena. S. Paulus Ephel. 5. 3. Omnis autem misericordia tua misericordia mea est, sicut decessit familiis, &c. sed magis gratiarum alii. Et v. 10. *Praesentem in cordib^m vestris Domino gratias agentes semper pro emmisib^m, ut nūm̄ Domini nesciāt ēstis ēstis, Deo & Patri.* Philipp. 4. 6. Nihil sollicitū sursum in omni oratione & obsecracione cum gratiarum actione petentes vestra uniuersitatem apud Deum. Coloss. 3. 15. Pax Christi exsistit in cordib^m vestris, in qua & vocati eis in vos corporis & gratiā eius. Et cap. 4. 2. *Orationes vestras, vigilantes in ea in gratiarum actione.* 1. Thessal. 5. ver. 1. 6. Si uerū nūm̄ sp̄ce oras in emmisib^m gratias agere, quod ēstis voluntari Dei in Christo Iesu, in omniib^m vestrib^m. Theſſal. 1. ver. 3. Gratias agere debemus semper Deo pro vestris. Et sicut quis Cheſſianorum considerans tum communia, tum privata beneficia, que indit, immo singulis horis à Deo habuit & tenet, cōtique tot tantisque, non iugiter dicat cum Psalte: *Benedic anima mea Dominum: quia coronat te in misericordia & miserationib^m!* cōtice coronat, eingit & circumueallat nos Deus vndeque suis donis & miserationibus, idēq^{ue} quo-

D D gratiarum actio ergo propria est Sanctorum nosi testamenti, ob ipgentis gratias & dona, quae ipsi in eo per Christum accepserunt, & quotidie accipiunt. Hoc prædictū līas cap. 1. 3. *Confabulat, Dñe domini sum, & ponit foliū indumentū eius quod habuit domini Gaudens & latuit uenientem in ea, gratiarum alii, & eoz laudes.* Hanc enim Prima, vocatur ipsi sacrificium landis: hoc enim laudes, est noui testamenti, cūm veteri sacrificiū fuerint bouum & victimarum. Psal. 49. 1. 3. *Namquid mandacabo carnes tuorum?* aut sacramenta hincrum poterat? Annal. Dei sacrificium landis, & reditū Alijūs vīta sue. Et ver. 2. 3. *Sacrificium leuis donis honorificabit me:* & sic ut, quo ostendam illi salvatorem Dei. Quia verba citans Sanctus Augustinus libro 1. contra Advers. legis cap. 18. subdit: *Quid est autem sacrificium leuis sacrificium, quām in actione gratiarum?* Et vnde maiores agendo p^ro grāta Deo, quām pro ipsius grāta p^ro Iesu Christi Domini nōstrū? *Quid totū fideles in Ecclesiā sacrificiū feciūt, eis utrē fūrēt omnia prius generā sacrificiorum.*

E Secundo, quia vnicum & p^ræstantillūm le- Secunda, gis noui sacrificium & Sacramentum Christi gratias agens Patri, ad gratiarum actionem pro beneficio omnibus, p^ræterim redēctionis nostrarū, instituit, quod inde dictum est Eucharistia, id est, gratiarum actio, vti docet S. Chrysostom. hom. 16. in March.

Tertio, S. Paulus 1. Timor. 2. v. 1. Inter orationes Terția, vītūm,

In Apocalypsin. Cap. VII. 147

victum, id est dignissimum, locum dar gratiarum actionis: *Olybrius inquit praeiorum omnium fieri oblationes, orationes, pellitulationes, gratiarum aliquam, pro omnibus hominibus, &c.* ut docet & explicat Caius, collat. 9, cap. 14. Et Sanctus Chrysolotus homil. t. ad populum: *Magnus, sit, thesaurus illi gratiarum actio magna diuinae mercifulitatis bonum, armatura fortis, sciem blaſphemie ignorantie, sautorum intendit usque que posse ferunt, plena insuper per se facit. Perdulit per nos, si gratias gerit animam lucratim es, & maiores natus es diuinae gratiae. Dei beneficium haec sunt amplius. Si vero blaſphematur, & saltem nam amissi, & animam occidisti.*

Quinta.

Quarto, quia hoc vincum est quod Deo praefite politus & debemus, quodque ei matrem est honorificum & grauem. Vnde S. Augustinus de Spir. & lit. cap. 11. *Celum sicut, Dei in hoc maximè conformatum est, et anima nostra fit ingratia: unde in ipso verisimiliter & singulariter sacrificium Domini Dei nostrae gratias agere almentur. Deus enim bonum omnium suum indiget. Dicis hic, tempore Sancti Augustini in Milla ante Canonem, sacerdotem ecclesiæ presentes ad gratiarum actionem, dicendo, *Gratias agamus Domino Deo nostro, ac ministrum pro peccatis respondamus, dignum & iustum est.* Sanctus Chrysolotus homil. 8, in epist. ad Colos. Si in adversis, inquit, *gratias agis, Primi, laetificas Deum, Secundo, diabolum pudeficas, Tertio, quando male fallimus eum, nihil est faci. Nam & infirmi gratias agis, & Deum dolorem ampuas & diabolus aferas.**

Sexta.

Quintio, quia Dei in nos beneficia orationem gratiarum actionem & laudem eruperant. Vnde Sanctus Chrysolotus homil. 6, in Matth. *Praesice, ait, si quis vide pro te qui nas tam misericordia amat, miseretur, & dederit mihi posse referre gratias, non verius ministrum quid reddere negocieremus.* Et Sanctus Augustinus libro 7. Ciu. 1. *Pro eo quod sumus, quid sumus, quid edem, terrenique confundimur, quid labores nostre atque rationes, quid obraria pro caro non deformis, misericordia nobis Verbum sumus &c.* quod corda, quae longe ab agendis gratias sati effe continebentur.

Sexta.

Sexto, S. Chrysol. in psal. 49. *Nihil altius, agit fons in virtute ergo, atque cum Deo affidis versari & colloqui, eisque perpetuo gratias agere & psaltere.* Causam dat S. Bern. serm. 13, in Cen. *Ad locum, sit, unde ex tua remissione gratiarum summissa, et uerum sumus. Qualiter inquit. Qualiter dieci Apollinar. In omnibus gratias agere. Quisquid separata, quidquid te uerum habere confidat, Dei virtutis, Dei Sapientiae deinceps Christus. Dicamus ergo iugiter & ubique, Deo gratias. Gratias Patri, & Filiis, & Spiritui sancti sicut etiam in principio & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.*

**Eempla-
dauid.**

Ita fecerunt omnes Sancti. Vis exempla David et psal. 115. v. 12. *Quid autem preuenit Dominus pro omnibus que retrahit nos?* Porro David multos scriptis psalmos eucharisticos: talis enim est psalmus 8. 102. 103. 106. 110. 113. 116. 117. 134. & 135. in quibus singulis versiculis proprieudo Dei beneficio, subiunguntur hoc hemistichium intercalare & eucharisticum: *Quoniam in eternam misericordia eius.* Tales quoque sunt 137. 143. 144. 146. 147. 148. 149. 150. Christus Iohannis 11. 41, salutator Lazarum: *Fater, sit, gratias agere nobis, quemadmodum audisti me.* Rursum institutus sancta Eucharistia, gratias agens Patri,

A ab eo perit & impetravit virtutem transfluentiam de panem in suum corpus, & vinton in suum sanguinem. Paulus Rom. ... ver. 8. *Per initium gratiarum agit Deus nos per lejum Christum pro omnibus.* Et cap. 6. 17. *Gratias Dei quod fuisse iheri in peccatis, obediens autem ex carde in eam formans destruxit in qua transiit eis.* 1. Corinth. 1. 14. *Gratias agit Dei nos semper pro vobis.* 2. Corinth. 2. 14. *Deo autem gratias, qui semper triumphans (id est, triumphare facit) nos in Christo iheri.* Cap. 9. 15. *Gratias agit Deo super inmeritabilis donis nus, faciliter eleemosynas velitis.* Ephes. 1. ver. 16. *Nun espi gratias agens pro vobis.* Philip. 1. 3. *Gratias agit Deo nro in enu memoria vestra.* 2. Tim. 1. 3. *Gratias agit Deo, in servio à progenitoribus in conscientia pura.* Denique tam crebet est Paulus in gratiarum actione, quoniam in nomine Iesu omnino dendo & iterando. Quid enim aliud est nominare Iesum, quoniam confitenti salvatorem & salutem ab eo acceptam? *Presentes ergo, & olim peccatores aliud dicant cum Paulo 1. Timoth. 1. 12. Gratias agit ei qui me confortavit.* Christi iheri Domina multa, quia fidem me exstinxerat, ponens in mortuorum, qui prius blaſphemus fuit. & perfiditer, & contumeliosus. Fidelis sermo, & emis acceptioe dignus: *quod Christus Iesu venit in hunc mundum peccatores salutem facere, quoniam prima ergo sum, Rursum eum Itala cap. 1. ver. 9. Nisi Dominus exerceremus religionem nubis sumus quasi Sedem profissi, & quasi Comitia similes estemus. Et cum Pilate ac S. Magdalena: *Misericordia Domini nra est: non canemus. Misericordia Domini quam non sumus confundentes;* ac cum S. Augustino conseruo & S. Ambrosio concinna hymnum *Tu Domini laudamus, se Dominum confidamus.* Legant & imitentur Confessiones euclidem S. Augustini, quae non sunt aliud quoniam gratiarum actiones continuerunt. Denique, quia Deo pro tanto gratias nil tendere possunt, rependant proximis, qui Dei imago sunt, ac quoscumque possunt conquerantur, ut ex hostibus Dei amicos & filios eius efficiant, qui iugiter pro se huius gratias Deo agant, cùmque verbis & vita celebrant.*

Sancti vero & innocentes canant Christo in se concepero & nato innocentia eucharisticum, dicantque eum Virgine Christum Dei domino concipientem. *Magnificat anima mea Dominum, & exaltatio mea in Deo salvatori meo: quia facti sub magna qui potest eum, & sanctum nomen eius.* Et cum S. Anna concepero Samuel: *Exaltauit cor meum in Dominum, & exaltatum est cor meum in Deo meo. Non eum sanctum, et eum Dominum, Dominum misericordiam & misericordiam deducit ad inferos, & reducit. Pede sancti suorum sanabat.*

S. Aug. epist. 7. ad Marcell. *Quid melius inquit, & animo geramus, & ore premamus, & calamo explanamus quam Dei gratias!* Hoc ut dies brevius nec audiiri letum, nec credere gratias, nec agi fruituus fore, idem in psal. 112. docet communem Monachorum & Religiosorum sui cuius (vti etiam aucta apud multis eadem in vlo eis) salutationem fulsis, ut sibi occurrentes dicerent *Deo gratias;* id estq; à Circumcellionibus Donatistis uenios fuisse, & per sonina vocant *Deo gratias.* Quod refellens. S. Ang. *Vide, inquit, si nouis uicibus fratre Deo gratias agere, quando vide fratreum fuisse! Nunc enim leuis est gratiarum, quando se uniuersi uident qui habitant in Christo?* Et tandem vos *Deo gratias nolle* rite, *Deo laudes uestram plerum bonum.*

N 2 De

Ecclisia.

Denique Ecclesia per sacerdotes nomine omnium fiduciarum quosidic gratias agit Deo, iubetque ut idipsum singuli agant, dum in Praefatione Missæ inbet ab omnibus vel audiri denota & confona mente, vel recitari & cani: *Vere dignum & iustum est, equum & salvare, nos tibi semper & subiugare gratias agere, Domine noster. Pater omnipotens, eternæ Domini, per Christum Dominum nostrum; per quem maiestatem tuam laudent Angeli, adorant Dominum, tremunt Prostiles: cali calorimq[ue] Virtutis, ac beata Seraphim scia exaltatione celerantur. Cuius quibus & nostris voces ut admiris inib[us] deprecantur supplici confessione dicentes: Sanctissimi, sanctissimi, sanctissimi Dominus Deus Jacob: pleni sunt cali & terra gloria tua: Osanha in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Osanha in excelsis.*

Ecclesia in aduersitate.

Porr[um] non tantum in prosperis, sed & in adversis quod[em] Deo gratias agere debemus, ut dicitur cum Psalte psal. 133. *Benedic Domini in empiis tempore. Ita Sanctus Iob bonis & filii omnibus spoliatis, gratias viceret a diabolo persecutori: Dominus inquit, Iacob, Dominus absolu. Si nomen Domini benedictum, quo vicec[em] & confudit diabolum, ait S. Chrysostomil. 1. in epist. ad Rom. Ita angelis & Beati hic gratias agimus Deo pro tribulacione & lucta, quæ tibi misericordia & castitatem vicitur & glorie. S. August. in illud psal. 144. *Per singularis donis benedicatur et inquit: Sicut ergo in eum donu[m], sicut in eis flagello, laude enim qui ibi aut blandientur dando, ne deficiat; aut corrumpentibus ne persecat. Latus flagellante medicina est vulneris. S. Basil. homil. in Iulianam: Noste, inquit, tuo mecum plorantes genitum tibi angere futurorum flet. Iulio ei supplicio adductus gratias agens quid hic per nos latus patet quam in futuro. ut lecit Mauritius Imperi cuius conspectu cum filii & viro trucidarentur à Phoca Imperi ad singulos exclamarent: Ihesus est Dominus, & regnum indicamus tuum. S. Hieron. in cap. 5. ad Ephel. *Christianorum, ut propria virtus ejus erit in his qui aduersa patuerint gratias referre Creator, ut dicere, Benedictus Deus: minera me scis fallire, quam merer. Hic animus Christianum est. Hic crevit suum solleu sequitur Salvatorem, quem nec orbatus nec domina debilitat. S. Gregor. A Longobardis, aliusque et ruminis pressus, & penè opere preflus, ac coadūt calamum de tabula tollere, comment. in Ezech. gratiarum actione ita concludit: *Tedet animam meam via mea quia erra est in Iuliu cibis a me, & organum meum in vocem fissionis. Quod igit[em] restat, nisi ut inter flagela quæ ex nobis iniquitatem patuerint cum lacrymis gratias agamus? Ipsi enim qui nos creauit, eis patet nobis factum est per adoptionem gloriarum, quem dedit. Et aliquando filii pane matris aliquando flagello corrigit quia per dolores & matura ad hereditatem per patrem erudit. Sit haec gloria omnipotenti Domino nostro Iesu Christo, qui uita & regnum cum Pare in unitate Spiritus sancti Deum per omnia secula secutus. Amen. S. Bernard. serm. 21. in Cantica: Eris, inquit, inter aduersa & prouera me ab aliis remittens seruos quendam eternatu imaginem, benedicens Dominum in empiis tempore. Vere S. Chrysostom. 8. in epist. ad Coloss. Nihil, inquit, hoc longior somnium, que in aduersis Deo gratias agit. Ceteri non inferunt est lingua Martyrum: utraque patuerit exponatur.****

Martyrum.

Martyres quidem in tormentis, licet acerbissima, ob martyrij tam laetare exultabant, &

A toto corde Deo gratias agebant. Ita Theodosius Martyr dux totu[m] corporis laceraretur, canebat *Benedic Domini in omni tempore. Ita Sanctus Laurentius, Gratias, inquit, agit ubi Dominus legit, quia unius tuas tuas ingredi moris. Ita tres patri in fornace Babylonis eccinerunt: *Benedic annua opera Domini Domini, laudes & superexaltare eum in foro. Daniel. 3. Ita Deo gratias eggerant in ignibus cum iubilo S. Agnes, S. Cecilia, S. Lucia, alieisque plurimæ.**

Denique S. Chrysostomus homil. 10. in epist. ad Coriol. viti ciuitatis famili pulchram orationem, & formulam gratias agendi recentet. *Nous, inquit, eis vobis familius qui ita eratis. Gratias agimus ibi pro omnibus beneficis tuis a primis die usq[ue] in hunc presentem indigne nobis impensis, sine tua nobis finit, sine inconvenienti pro secundis, quia pro manifestis, quia vel opere nobis, vel sermone scilicet a te, quod que voluntatis, & que invita sunt praestitis; pro omnibus quæ immortali nobis sunt exhibita; pro afflictionibus, pro quaestu, pro gemitu, pro supplice, pro regno celorum. Caustis subdit: Multis enim nos Deo erant in maioribus beneficis affecti, multis etiam & pluribus quæ ignoravimus.*

Hoc. 1. Singulis septem hisce elegiis in Graeco prepontioris & ad emphaticis. q. d. Illa claritas, illa sapientia, illi honor, &c. scilicet summissus, immensus & diuinus tribus Deo, ut debetur.

Vixit. 1. Graecus & Etruscius id est illi potentia, putat omnipotentia divina & increata, qua omnia ex nihil creatus, potestque nullus, immo infinitus, mundus alios alios temper perfectiores creare, & creatos confermare, vegetare, perficere.

Ei fortunato. 1. Gregorius & Iozu[m] id est illud tubar instrumentum, cui nihil potest resistere, quo stringit a fine usque ad finem fortiter, & tamen disponit omnia invaserit. fortunato ergo significat robustam executionem exterritam: virtus vero internam Dei potentiam.

Deo nostro. 1. Scilicet tam hominum beatorum, quam angelorum homines enim beati sunt angelorum cives, & quasi fratres. Vtique enim sunt filii & heredes Dei.

*In secula seculorum. 1. Per omnia secula sibi continuo succedentia, per omnem aeternitatem. Immense affectu & iubilo angelii apparetur Deo aeternitatem horum septem elegiorum, per modum congratulationis. Nihil enim ei sua hac approbatione reip[ublica] addere, ut nec demere possint. Vere ergo dixit S. Basil. *Lauda Deum opus angelorum. Quicquid S. Ephrem in libro de Beatitudinibus, has tenui quatuor primarias affligit. Prima, Beatus qui facilius est sicut Seraphim & Cherubim, & in diuino ac spiritali officio nuncquam est negligens, sed affectu gloriatur Domum. Secunda, Beatus qui in celo sua in Domino, tamquam angelus celestis, existet et remittit cogitationes suisque collaudans, cum ore, qui omnium gloriarum patuerint habet. Tertia, Beatus, qui semper gloriarum gaudio plenus est nec in portando suauis uox Domini pergit: coronabitur cum in gloria.**

Ei S. Bernardus serm. 1. in Cant. Nihil, inquit, ita Gnomus de propriis quendam in terris representatis celestis habitacu[m] stetit, sicut alacritas laudantium Deum, dicitur Scriptura: Beatus qui habebit in dies tuae Domine, in secula seculorum laudabunt te. Et Sanctus Angelinus in psalm. 144. Sic, inquit, tuus (Dei) magnitudine non cessabit, sic tu lauds nostra finis. Idem in psalm. 47. Non pergit, alijsque laus Dei n[on] cessabit.

Formulas
gratiarum
actionis eu-
angelium fan-
di.

In Apocalypsin. Cap. VII. 149

nisi in familiis eius. Nam qui male vobis non emunt laudant, & si predicant lingua, blasphemant vita. Vide idem in psal. 52. v. 1. *Exultate sicut in Domina, psalmus inquit, laudate Dominum, qui subducet se Dominum.* Et in psal. 140. *Transficit ad teas evaginassem, & laudebit Dominum.* Et in psalm. 83. *Sed deficit ait, sed amaro defecit a leone.* Denique epist. 1. 10. ad Honoratum, docet quod laus Dei sit sacrificium nostri testamenti: explicata enim illud psalmi 1. *Quia invenerit laudem Dominum, laudate eum, ait.*

*Quia autem transuerter laudes ipsi qui sinceriter amant Tunc sumendum est ergo ac si diceret: Quis amaret Dominum, amaret eum. Tementes enim Deum homines veteris testamenti, correvabant eum sacrificari ad templum: nunc vero in gratia nostra testamini, qui sonetis Dominum, laudate eum. Et rufus psalm. 49. *Iustitia Dei sacrificium laudes.**

Vix ergo affidet laudare Deum? vis terminali angelorum vocem & vitam accipe, rumina, & crede viupura, cum cisque iubila quinque corum & Sanctorum hymnot.

Primus ut Seraphicus Ioseph 6. v. 3. & Cherubimus Apocal. 4. 8. *Sanctum, sanctum, sanctum Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria tua.* *Omnis gloriam laudat Dominum.*

Secundus Angelicus Luck 3. 14. *Gloria in afflictione Dei, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Benedictio & claritas, & sapientia, & gratia eius ait, bonus & virtus, & fortissimus Deus noster in justitia sanctorum. Amen.* Apocal. 7. 1. 2.

Tertius Paulinus Rom. 1. 1. 3. *O afflito dominio, ut sapientiam & scientiam Dei quam incomprehensibilis sunt iudicis eum, & in intelligibiles via eius! Quoniam ex officio per ipsos, & in ipso sunt omnia ipsi gloria in facie. Amen.*

Quartus Ecclesiasticus ex officio S. Trinitatis: *Benedicta fuit familia Trinitatis, & induitam omni uitam confiebatur ei, quae fecit nobis misericordia sua. Quoniam creatus nos in brachio suo redemerat nos in fanguis Christi, in sacrificio nostro in Spiritu eius ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & facilius nos Deo nostro regnum & sacerdotem & regnabimur super terram. Benedic auge Dominum in eternis temporibus delocationis, quem consolationis, tam aduersitatis, qualem proficerat.*

Quintus Davidicus psal. 10. 2. t. *Benedic anima mea Dominum, & omnia qui uera me sunt numerantur eum. Benedic anima mea Dominum, & noli obuferre omnes reprobationes eius. Qui proponit ne emundetur, iniquitatem tuam: qui sanas omnes infirmat tuas. Querendus de interiori vita tuam qui coronas te in misericordia & miserationibus. Quoniam replet in bonus desideriorum tuum. Quid enim multi est in celo, & a te quid velut super terram, *Deus corda nostra, & pars mea Deus in eternum?**

O Sacra Trinitas, Trina Unitas, Vna Deitas.

O Trina Charitas, Vna Felicitas, Felix Aeternitas, tua & nostra. Amen.

13. Et respondit vobis de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amant sunt stolis albis, qui sunt & unde venerunt!

14. Et dixi illi: Domine mihi tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & de albaeunt eas in sanguine Agni,

15. Ideo sunt ante thronum Dei, & sediunt ei die ac nocte in templo eius: & qui

A sedet in throno, habitabit super illos.

16. Non erunt, neque sicut amplerius, nec cadet super illos sol, neque vilus erit:

17. Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vite fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Et respondit vobis de senioribus.] Respondit, id VERB. 13.

est, mecum colloqui caput, me interrogavit, ut me erudit, sicut praeceptor interrogat discipulum ut eum doceat & erudit. Hoc enim est Hebreus 13. 14. id est, respondit. Hinc Christus Dominus, & alij sepe, dum ordinatur sermonem, in Scriptura dicuntur responderem. Quis fuerit hic senior, incertum est. Lytanus vult fulle S. Petrum: Alazar S. Lucam, qui conscripsit in Actis Apostolorum, signatus Christi gratia, id est, Gaudiis credentes in Christum. Vide dicta cap. 1. ver. 1.

Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna.] VERB. 14.

Gratias est duplex articulus: da & dñe & p[ro]tege, q. d. Ex illa tribulacione, illa inquam ingenti & celebri, de qua Christus Matth. 24. ver. 21. *Eritis enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fuit.* Et n[on] obtemperaverunt sufficiunt dies illi, non sine falsa omnis care, id est, nullus homo saluatur. Alludit ad egregium Hebreorum ex Egypto. Egyptus enim hebreo vocatur Africam, id est, tribulatio, angustia, & rad. p[ro]t[er]v. id est, arcessit, afficit, tribulauit. Ita enim Hebrei ante Moysen afflicti fuerunt in Egypto, indeque a Moysi liberari & educti. Si enim enim in signatis ver. 4. allusit ad doenos Hebreorum signatas sanguine agni paschalis; ita hic alludit eodem in voce tribulacione, & in voce Agni. q. d. Sicut olim Hebrei fuerunt in magna tribulacione sub Pharone; sed signati & quasi ab aliis sanguine agni paschalis, ex ea per Moysen liberati fuerunt: ita & hi fideles in fine mundi erunt in magna tribulacione & tentatione, tum carnis, tum mundi, maximus Antichristi; sed signati cruce, & ab aliis sanguine Agni, ex ea eluctabuntur, ac generosam tam superercent; immo multi obibunt martyram, id est, quae donabuntur stolis albis & palmis, & quales victores ducentur ante thronum Dei. Disce hic, sicut frigus hyemis partitur & parit fruges astatis; ita tribulatio perstans partitur & parit coronas eternas. Hoc est quod acutus Veritas: *Beati qui persecutionem pauciorum proper interficiuntur, ipsorum est regnum celorum.* Matth. 5. ver. 10.

Vide hic quam noble & gloriosum sic pari pro Christo, nimis fortia agere Romanum est, fortia pari Christianum. Ita Apostoli sunt gaudentes a confessis concilio: quoniam digni habent fons pro nomine Iesu communelatum pari. Act. 5. Ita Paulus Adi, ait, ab gloriarum nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem nubi mundus crucifixum est, & ego mundo. Galat. 6. 4. Ita S. Chrysostom exilio pro Christo, fame, siti, fehti, fatigacione, solis ardore, hostium lauorum incurvo dixi exigitus, & tandem examinebam, excelsi animo exultabat, alibi que similia patientes animabat, & ad exultandum in persecutionibus excitabat. Unde scribens ad carcere detentos Episcopos epist. 4. ex sepe malis, ut, ut

ob carcere, ob catena, ob iuicella vinclata beatu-
 quam & ter beatu, misericordia. Tunc verbum vobis con-
 ciliari: ubique terra: non & marum canunt ver-
 siva praeclaras acutaria, fortitudo, consilia sententia,
 animisq[ue] puris similes formula. Nihil quid alijs videris
 graue, vos deformis; non misere, que tamquam as mortes
 nascimur; non tribulum non carnem, non tormenta
 coactur amorem, non index, non ignem ab ore fla-
 barum, non adversary, qui frondebat destruxit, & innu-
 meris alijs infundit modis gemitibus non tanta ca-
 lumenta, non impudentissima acutissima, non mortis
 ante oculis quotidie proposita: sed huc omnia vobis
 ubera prius consolacionis materiam praefluere. Et
 idecres clari quidem vos & celebri & predicatori
 vos omnes, non amicis solam sed & inimici ipsi qui hac
 efficerunt. Tanta res est virtus, ut etiam illam inspira-
 gaentes admirentur. Tama res est modestia, ut etiam
 q[uod] operatur, esademque. Et ita in hac vita res
 vestrae habent. Quia autem in eis sunt, qui ser-
 mo digni explicantur. Inscriptionis minima velira-
 sa libro sua: cum familiis Martyribus consummari
 esset. Idem epist. i. 18. Carcerem molitus, & catena
 vix illis, & cum squalidis & fodiatis inclusi. Ec-
 quid tandem hoc nomine beatum fings quem? Quid
 enon habet tale auctor eterna cogniti capi, quale
 exercita propter Deum manum circumdat? Quid ta-
 le ingens & gloriadis domus, quale corer caliginosus
 ac furdens, siue iugos factor & calamitosus
 plenus, Dei causa? Quia cum via fuit, gaudere &
 exultare, coronis capi cingue, trucidare, quid mol-
 lellis in quae incidiunt, magnam vobis commenda-
 rium materiam comparent. Hoc numerus semet eis,
 messem enim formosum sublimiorum preannuntiavit: hoc
 loqua, victoriam & palmas effervescentibus annuntiavit,
 amplius & uberes quiescuntibus. Hac igitur
 anima repente, gaudere & laetari, nec ultro
 tempus intermitte, quoniam Deum in eternis rebus
 elaudau, ac mortis diaboli plaga infernata,
 invenientibus vobis ipsi in celis mercede recen-
 dat. Non enim sicut condigne passiones horum tem-
 poris ad futuram gloriam, que revelabuntur in nobis.
 Idem epist. i. 30, ad suos Antiochenos: Hec, ait,
 habebo, nos fratrum inheritance liberatus esse,
 commodeque videres ac nec obsidere, nec larorum
 invadere, nec loci sedula uitare, nec sexcentorum
 adversorum eascum turbare, nec denique vlo alii hu-
 mani membra deinceps ac contumbari, versus in-
 genti scuritate, vlo ac quiete fini, ac singulis die-
 bus de rerum vestraram pietate in cura est. Ibi de-
 nigris scripit ad Olympiacum ultimam lucubra-
 tionem veritatem, Quid nemo ludatur nisi a se-
 ipso? Id enim p[ro]mactum, inquit, ibi sufficit.
 Hec fuit cynica aucti oris vox. Nam paulo post
 febri & itemis incommodis confectus, euocatus
 in celum a S. Basilio Martir, candidis vestes
 induens, quasi candidatus celi Martir, canendi-
 que: Gloria si Dei immunita causa, speciosos illos
 pedes extendit, atque excelsu pulchra mortalitatis
 vite migrans ad Christum anno xtais 52. Chri-
 sti 407. ait Palladius in Dialog. & ex eo Baron,
 Idem Epibas. S. P. Ignatius fundator Societatis
 nostrae, qui tanti estimabat perfectiones ac vin-
 cula, quibus pro Christo sapientia confunditur,
 vt diceret, si que à Deo creata fuit omnnia altera
 in parte flateret colligentur, in altera carect,
 cante, probet; vix illa omnia per eis, momentum
 vnum apud se habuisse. Neque verò crearam vlam
 natum posse latenter taliter in anima pro-
 creare, que exquie possum gaudium illud Spiritus

sanci, quod Deus infundit mentibus eorum qui
 multa magnaque pro eius amore pertulerunt. Ex
 quo interrogatus à Patre quadam, Quem estis
 compendio summa ad perfectionem vni respondit. Si
 multa aduersa magna pro Christi amore patire.
Duo eorum similia Agni.] Hac duo cornua erunt species & similitudine manuatae fauimotae, ut videatur esse Agnus; & portentis faciens miracula, ut videatur esse thauanturgas inflati Christi, quibus quasi cornibus potenterne fibi homines conciliabit, plurimisque ad Antichristi fidem & iugum trahet. Positum Secundum, duo cornua significare duos eius administratores & cooperatores iniquos, docebus iam dictis ad decipendum instructos. Sic enim beatis, id est, Antichristi, cornua decem erunt decem reges, eius administratores & adiutores. Tertiū, Ioseph. Acosta lib. 1. de Tempore, nouiss. c. 17. Dico, inquit, cornua Episcopalis dignitaris, poterit mittere insulae (hac enim est bicornis) infinita summa. Videatur ergo quid hic pseudopropheta erit Episcopus quicquam apostata, & simulacrum religionis, Ecclesiastici honoris proditor, qui draconis venenum suis sermonibus populo propinabit. Porro insulæ haereticorum putantur taxari gradum & mitram Episcopalem, quasi bicornem, cum potius laudetur, vocante enim duo cornua Agni, id est, duo robora, arguè ac ornamenta Christi. Nihil ergo insula, sed insularum apollata taxarum, qui perfidè hinc cornibus Christi abuterunt ad fidem Antichristi propagandam. Sic olim Vrscius, Valens, Euclibius, aliqui Episcopi Africani haereticorum propagandarunt & propagarunt.

Nota. Cornu apud priscos signum & symbolum erat regni, mox dissimilans. Alexander Magnus, ut vulgo persuaderet se filium Iouis Hammonei, eius

A cornua assumpit, ait Athene lib. 12. & Clem. Alex. Exhort. ad Gentiles. Nam ut canit Silius Ital. lib. 14.

Hammus numen erat Libyci gentile carna.
Cornigeraque sedens stellatus caru fronte.
Bacchus priusquam nascetur habuit cornua,
quibus perforauit louem. Vnde Euripides in Baccho adiuu. 1. tam vocat tauricornem.

Statius lib. 1. Thebaid. Inachum cornutu facit

Pater ipsi bicornis

In leuam prænō nixum fedet Inachus virum.

Celebre est cornu Amalthei. A diu cornua translata sunt ad reges illos priscos, innocentia & virtute diu proximos. Iunc haruspex viis in capite Cippi cornibus, dixit huc ei regnum Latij portendere, teles Ouidio lib. 14. Metamorph.

Reu. aī d' false. Tibi enim tubi. Cappi, si quisque

Hab' hec, & Larie parvibus cornibus arcet.

Io cornua dicuntur peperire reges Thebanos, teste Euripide in Phoeniss. actu 3.

Acurum fuit Demetrij responsum Philippo regi datum. Si rex esse vis, utroque cornu bouem tene, id est, Peloponnesum. telsis est Plutarchus in Arato.

Nec id sollem apod profanos, verum & apud fidèles & factos. Mosi Deus Exodi 3. 4. cornua, id est, radios lucis inflat cornuam, affixit, ut cum dum et legillatore auctoraret,

Flammea cornua liberant lumine vultus,

Gril. amēnque sacrū uita superiore librit.

Coenam ergo symbolum est roboz & potestatis, Iosepho id est, posteris eius, pura regibus Israeli ex filio eius Ephraim nascituris, benedicens Moses Deut. 3. 1. v. 17. Cernit, ut, bimaculata cornua illius: in ipsi venerabilis genetis usq[ue] ad terminus terræ. Et Deus Davidi psal. 131. 17. Ille producam, inquit, cursum imperium. David, qui vic illum grato animo illud in Deum auctorem et signans 2. Reg. 12. 3. Deus, ait, &c. cornu salutis mea. Et v. 48. Deus qui das vindictam mihi, & deoys populus sub me. Impulsor ergo hic bicornis, Antichristi domini sui imperium aequi ad diuinatatem, duobus hisce cornibus representare & perfudere fatigat.

Symbolicæ, duo cornua sunt frus & vis, quibus Antichristus, cùmque his præcursor, gentes fibi subiget, iuxta illud vulgatum: Arie & marte, aliis & asyn.

Et loquebar fieri draco.] Quia doctrina eius erit temeraria, id est, callida, fraudulenta, venenata & diabolica, id est, spissima ad decipendum homines. Sicut enim draco, id est, diabolus, decipiens Eum, locutus est per os ferrensis, ita & loquerat per os huius pseudopophetæ.

Ei potestatu prioris beatis (Antichristi) omnium facultat in cuiuslibet eum.] q.d. Hic pseudopropheta & præcursor Antichristi, pro Antichristo, & contra Antichristo faciet miracula, omniaque illa in speciem illius, que facit ipso Antichristus, id est, Antichristo ipso mandato & adiuvante, ut per huc facta & ligna persuadet hominibus Antichristum esse Meliam Dei filium, id est, adorandum. Vnde sequitur:

Ei fecit terram, & habitantes in ea, adorare beffissum primatum cornu curvata eis plaga mortis.] Et significat id est q.d. Terra, id est, habitantes in terra homines terreni, & terrene bonis affiti sicut se fecerunt ab hoc pseudopropheta, & adorabunt Antichristum ob eius unitacu, præterea quid scipsum à morte viuis sit suscitare.

Ei fecit

In Apocalypsin. Cap. XIII.

217

Vers. 13.
Tua mira-
cola Anti-
christi.

*Et fecit signa magna . ut etiam ignem facere de celo descendere.] Sanctus Iohannes predicit hic etiam miracula que Antichristus vel per se, vel per suum precursorem faciet. Primum est, quod simulabat se à plaga letali refugere , ut dixit vers. 3. Secundum est hoc , quod ignem è celo evocabit, quasi eius dominus, id est, Antichristus, sit filius & heres Salomonis, inde alter Salomon Rex, de quo ait Script. 2. Paralip. cap. 7. vers. 2. *Cinque compleget Salomon fidei pre-
cis, quis descendit de celo , & deuorans hebreo-
m & visionem, ac aler Elias, quod ignem è celo
contra hostem suum evocante dicier. 4. Re-
gum cap. 1. vers. 10. *Defendit iraque ignis de celo , & deuorans eum , & quinq[ue]ginta qui erant con-
as. Sie enim hic impotest ignem è celo misabili-
tur illi qui nolent credere & credere Antichristi. Tertium est vers. 15. quod faciet imaginem fla-
tutus sua loqui. Quae omnia vel ficta, vel falsa
erunt miracula, vel enim virtutum erit in materia,
ut reuera non fuerit, sed per diabolos oculos in-
venientur fieri, vel virtutum erit in forma: omnia
enim sicut vi non divina & supernaturali, sed
physica & naturali.***

Hoc est quod praedixit Christus Matth. c. 24. vers. 4. *Surgens pseudochristi & pseudopropheta &
dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errore
inducantur (si fieri possit) etiam electi. Et Marci
cap. i. 1. vers. 1. a. *Et dabunt signa & portenta ad
seducendas (si fieri possit) etiam electi. Et Paulus a. Theil. a. vers. 9. *Causa est aduentus secundum
operationem Satanae, in omni virtute, & signis &
prodigiis mendacibus, & in omni seductione. Vide
ibi dicta. Ex eo enim loco liquet multa alia me-
rcula, aut potius mala facturam Antichristum. ve-
de Sibylla lib. 3. Orcus, quatror alia aliis, scilicet
quod Antichristus fester mar, quod fester sollem
& lunam, quod mortes transfret, quod plures
mortuorum suscitabitur. Verum, inquit, hec non erunt
vera signa, sed fallacia. Plura recentent S. Methodius, Hippolytus, & Epheem, quo cum verba citau-
i. 2. Theil. a. 9.***

Vers. 14. *Ducens et faciens homines imaginem bestie, qua
habet plagam gladio, & vixit.] Ibi est, suadens &
perfudens hominibus ut faciant & adotent ita-
tus Antichristi, qui percussus gladio & quasi
occisus, videatur miraculosè resurrexisse, ut dixi
vers. 3.*

Vers. 15. *Et ducens est illi ut daret figuram imaginem
bestie, & ut laqueat.] q. d. Hic precursor Antichristi
in statuam Antichristi inimiciter spiritum,
potius dizenom familiarem, qui per statuam lo-
queretur, ut omnium locutus est Apollo Dilepicus, ita
ut status Antichristi videatur animata, ipsaque lo-
qui. ita Richardus, Ruperts, Aetetus.*

16. *Et faciet omnes puerulos, & ma-
gnos, & diuitias, & pauperes, & liberos, &
seruos, habere characterem in dextera
mano sua, aut in frontibus suis.*

17. *Et ne quis possit emere, aut ven-
dere, nisi qui habet characterem, aut
nomen bestie, aut numerum nominis
eius.*

18. *Hic sapientia est. Qui habet intel-
lectum, computet numerum bestie. Nu-*

merus enim hominis est: & numerus eius
sexcenti sexaginta sex.

Et faciet omnes habere characterem in manu.] Vers. 16.

*Sicut nos gerimus signum crucis, sic Antichristus,
ita Antichristus faciet omnes suum signum, qua-
si characterem gestare. Putant nonnulli quod
Antichristus suis affectis notam certam fronti aut
manu inuenit ferro, aut cultro incidet, aliòve
modo impriuenit vel affiget, ut nos facimus pe-
cubibus & lumentis nostris. Talem enim notam
Latinus significat character, & Graecum χαρακτήρα
proprie significat notam impresam vel incul-
ptam, ita Varro, & Viegas. Sic olim milites si-
gnabantur stigma in manu, ut ex Codice*

*Iustini. & S. Augustini. Chylostrom. & Pra-
udentio doceat Lipsius lib. 1. de Militia Roma-
na dialogo 9. inquit S. Gregor. Epistol. 100. ad
Mauricium, & 103. ad Theodoreum. Medi-
cum, vbi Imperatoris editissi meminuit, ne quis
manu signatus ante explicationem militiam in mona-
sterium recipiat. Quin & Vegetius lib. 1. cap. 8.
& lib. 2. cap. 5. *Fusilatu, ait, in eure puntilia fer-
bente manus. Ita Attiani, praevaricos Antiche-
risti, fuli Hunericu regi cogebant Orthodoxos à
facerdotibus Attiani rebaptizari, & huius eti
chiographum eis deinde tradebant. Quis non li-
cerat, at Videlic Ynicentius lib. 3. Wandalus, sine
priuatu, sine negotiis, alicubi transire, nisi
forisps characterem manus suam ostenderet mer-
tem (id est, le esse ab eis rebaptizatos, quod erat
peccatum mortale, mortemque animae amittere)
quam per regulationem ferus fuit Iohannes vnde offe-
ratur Christus, ubi dicit, nulli licet aliquid emere,
nisi qui habuerit characterem bestie in fronte sua,
vel in manu sua. Character ergo Hunericu etat
chiographum, sine testimoniis, quod quis ab
Arianis esset rebaptizatus, simili forte modo cha-
racter hic Antichristi in charta excuderetur, & simi-
litis dubitus ut eum affligane fronte, vel manu.
Hoc enim facilissimum & expeditissimum erit in
tanto Antichristianorum numero. Porro nulli li-
cite aliquid emere, id est quod igni & aqua
interdicte, atque ab omni hominum commer-
cio & conuberto quasi detestabilis & executa-
biles arere, riposte permerita & perfida fidei ac
religionis. Itaque credibile est zelantiores Ante-
christianos, eisque qui præ exercitu granam Ante-
christi aucupantur, fibi sibiisque inciliatos vel
inustros eius characterem: alios vero cum vel
impresum in charta, vel inculptum in medallis,
in fronte aut manu gesturos. Sic Antichristi
proditorum Diocletianus aetos editid editum,
ne quis quidquam Christianum venderet aut sub-
ministraret, nisi prius thura diu adoleuisset. de
quo ita canit Ven. Beda in Hymno Sancti Iustini**

E. Martyris:

*Nec illis emendi quidquam,
Aut vendendi copia, **
*Nec ipsam hancire aquam
Dabatur licet,*
*Aniquam rorificarent
Deriglandis dolis.*

Quæstus, quisnam erit character Antichristi?
Primo. Alazar cenfer characterem non fore aliud,
quam ipsum nomen, vel numerum nominis be-
stie. Verum verba aliud indicant, ut enim v. 17.
*Qui habet characterem, aut nomen bestie, aut nu-
merus nominis eius: ergo hac tria inter se erunt
distincta.*

Character
Antichris-
ti quis?
Prima fe-
tentia.

distincta, scilicet character, nomen & numerus nominis Antichristi.

Secunda.

Secundò, Viages censet tres fore Aodichristi characteres, primum, imaginem Antichristi ad vinum exprimitam; secundum, nomen ipsum proprium proprie litteris inscriptum; tertium, litteras quae concinne numerum nominis eius per comprehendunt, qui ouumerus erit 666. Iaque omnes compellentem aliquid hocum, trium, quasi characterem Antichristi ut fronte aut manu dextera gestare, ut hic ait Sanctus Iohannes: propri ergo per characterem Viages accipit imaginem Antichristi.

Tertia.

Tertiò, S. Hippolytus lib. de Confusione, facili censet nomen, quem ex characterem Antichristi, fore aenam, id est, nego. Sic ut enim olim Traianus (testis Phlippi) Decus, aliisque tyranos, qui volerant Christianos reducere ad cultum suorum idolorum, exigebant ab eis ut dicentes, Nego Christum crucifixum: ita Antichristus, at Hippolytus dicit, Nega Deum tuum crucifixum. Eius ergo filium & character, quem ab omnibus exiger, est hic: Nego creacionem sali & terra, nemo baptizatum, nemo adorans me a Deo prefatus solus: tibi adhuc in te credo. Hoc enim erit apostolice & apostolari profectio. Quocirca Petrus in Danc. 2. ver. 1. Inter plures, ait, conuenit hoc fore infame Antichristi, Nego baptizatum, vel nro. Iohann.

Quarta.

Quarò, Ribeta hic ad ver. 4. putat Antichristum pro charactere habuisse formam draconis (sicut Romani olim aquilas gestabant, & per singulari cohortes dracones, quos qui portabant Draconari dicebantur, testis Vegetius lib. 2. de Re militari cap. 1. 4.) ut ea representent suum demonem à quo misfus illi, & à quo agunt & reguntur. Verum superbia Antichristi, quem ex demonis, non fecerunt hanc formam; nec enim draco videtur & nominari, nec Antichristus à draconem misfus videri voleret; profectum quia ipse solus voleret adorari ut Deus.

Quinta ge-
nus.

Quintò ergo, verisimilius Primal. & Ambient. (qui afferre hoc sibi à Deo esse reuelatum) coesent characterem Antichristi fore nomen Antichristi, hoc charactere per comprehendum expellimus; ubi litera P est à Graecum, cui responderet R. Latinum, duæ linea transuersa faciunt X chi Graecum, respondens eis Latino: tercia linea recta inter duas transuersas media, est Iota Graecum, respondens i Latini, quia sunt tres innales litteræ nominis 666. id est, Christus. Antichristus enim vocabitur ex Christum & Meliam. Id ita illa pater Primo, quia ver. 19. vocatur charactet nominis eius: ergo characterem hoc nomen cui per comprehendum exprimitur, ut exprimitur in figura iam dicta. Secundò, quia Constantinus hanc notam & characterem Christi iam dicitum, in labore castis preferebat, eoque vice Maxentium aliquaque hostes. Unde Prudent. libro 2. contra Symmachum, agens de Romane Salicis exercitu ita canit:

Cecinere tuba: prima hysta dracones
Procurva, que Christi apicum sublimus effert.
Ego verisimilis est idem facturum Antichristum,
qui erit Rex potestissimus, & Constantinus glo-
rioflor: et enim ipse simia Christi & Christianorum Imperatorum, volenter haberi, nominari &

coli ut Christus. Tertiò, quia Julianus Apollata, vii ipsemet testatur in Mityrogone, nomen Christi exprimitur per Interam X eis. Ipse autem fuit typus & prodonus Antichristi.

Tropoli dicit hic characterem Christi esse etiam pacem & generationem, Apocal. 7. 1. Antichristi verb characterem esse P, id est, j. f. hoc est, rosam & voluptratem, inter suas spumas caput attollentem. Ita Terull. lib. de Corona militis, docet Christiani coronam esse eam, qua fuit Christi; nam rursum ipse non recusat, adeoque illud in eum esse Christianum coronari resis, myutto, lauro, dec. hisce enim coronati idola, de quicque Gentium, id est, demones: quocirca nobis cum Christo, & ex Christi institutione, S. Catharina Senensis, omnibusque Martyribus & Sanctis in hac vita eligendam esse spineam, ut in futura rosea, immo aures & gemmas, coronemus: ut & illam, inquit ipse cap. 1. coronam emuleremus, que postea ei similes, quia ex saus posse felia gaudiam, nec ante Rex gloria & felicitatis felicitatem est. quare Rex Indorum prescripsit in circulo, minorum animi primò à Pare mediam quid circa Angelos, & via gloria & honoris coronam. Si ob hoc caput ei tuum debes, tale si potes ei reponde, quale sumus pro tuo obsequiis; aut nec sumus coronari, si sumus non potes. Idem lib. de Spectaculis cap. 18. Nobis, ait, eam, infra sapientiam mundum fecit, non profanum disjunctam cum illis (mundum & voluptriam) quia nec illi nobiscem. Vobis dignifica res est. Nonne sit latitans, nos confundamus. Secundum (regno) Iacobus, vos tristis eritis. Lugeamus ergo, dum Iacobus gaudet, et cum Ingere copiam, gaudet, non pariter nunc gaudemus, tunc quoque per nos Ingaudemus. Deliciamur ex Christiane, si in facie voluptriam conceperimus, tunc nimis fidem. Si hoc existimat voluptriam. Dicas velim. Non possumus vivere sine voluptria, quia mori cum voluntate debemus: Nam quod est aliud vestrum nobisnam, quoniam quod & Apolloni, exire de facie, & recipi apud Dominum? Hic voluntas, tunc & vestus. Et inquit: Quia maior voluptria quam satiatio ipsius voluptriae, quam facilius totum contempsum, quam vera libertas, quam integra conscientia, quam maris timor nullus quid calidus desuetus, &c. quid Dee sumus? Curiosi facilius intemperie, tempora labiorum dimiserunt, nosq; confundimus exsilia, ad tubam Angeli erigere, ad Martyrum palmarum glorificare. Hac de causa Sanctus Petrus, S. Paulus, S. Andreas, S. Ignatius, crucis suscepit, ad martyria velut ad epulas inhabebant; delicias veri, pomposas, opes, honores fugiebant & auferabantur. Crux ergo est character Sandicorum & electorum, voluptas veri est character impiorum & reproborum.

In Genes.] S. Ephrem tract. de Antichristo, ait id facturum Antichristum hoc fine, ne scilicet sit locus in fronte, in quo crux per manus dexteram formetur & pingatur. Tunc in enim ne faciat signo cruceis, vis tua & potestas cornuta.

Mystic. S. August. lib. 20. Cinit. 9. In fronte, ait, per professionem; in manu, per operationem. & S. Proph. in Dimidio temporis cap. 5. Inscriptio in fronte, inquit, est glorialis in malis operibus: in scriptio in manu, est operatio.

Aii numerum nomen eius.] Putat numerum 666, qui Graecè exprimitur per literas ρ, ε, σ. ε enim dolet 600, ρ 60, σ 6. Verum incertum est an Antichristus Graeca lingua, litteris & numero vobis, & Hebrei (etiam enim Iudeus, Iudeorum

Character
Christi
et & eius
Antichristi
soia &
lapas.



In Apocalypsin. Cap. XIII. 219

Iudiciorum princeps & Mellias) an qua alia. Rursum incertum est an tot tantum (potius tres) sint futurae litterae quae sunt cipherae senariae: an vero plures litterae unam cipheram sint consecutae, v.g. p. notat centum, + ducentia, + trecentia, que simul fundata faciunt sexcentia, qui est primus senarius in 666.

Vers. 18. *Hic sapientia est.*] q.d. Sapientia, advertebit vos qui viacis tempore Antichristi, videbilemque eius nomen & numerum nominis arithmeticè effecere 666. Hic enim opus est sapientia, & sapientia ac solenti numeri huius indagine & supputatione, ut tunc ex eo, nomine eius adequate respondente, cum ex aliis dictis & eiusdem cognoscatis, ipsum esse quem ego hic prædicto, feliciter Antichristum. Vnde explicans subdit: *Qui habet intellectum, computet numerum bestie.* Rursum, *Hic sapientia est.*, vt scilicet quisquis ex hoc numero bestiam agnoscere, eius infidias deuiciet, cique fortiter lete opponat, & Christo visque ad mortem conlante adhaereat. Sapientia enim est *andradamus*, hoc est, virorum, & virilium animi motuum, puti ira, amoris, timoris, &c. dominit. *Incausa locat pars sacra mens.*

Numerus
hominis
qua-

A Numerus enim hominis est.] Primo plane & genuinè, quasi dicat, Numerus hic nominis est cuiusdam particularis & certi hominis, puta Antichristi, ne quis puret eam non fore hominem, sed bestiam, aut diabolos, vt putauit Sanctus Hippolytus tractat. de Concupiscentia, fecul. ita Beda. Vnde Secundo Richardas, Numerus, ait, hominis est, id est, qui ab homine facilè supplicari potest. Et Alazar, quasi dicat, Cui suppetunt ingenii vires, valorem letat, quas continet bestia nomen, accurate obseruet, cique summum subducatur. Est enim numerus hominis, id est, qui ab homine humano more computari potest & debet. Et Aretas, quasi dicat, Nomen de quo loquor non est insuetum & infolens, sed hominibus notum & familiare, vpoote eius litteræ iuxta communem hominum per literas computarum facient 666. Tertiò, alij putant Sanctum Iohannem in voce hominis scriptum designare. q.d. Hoc computatio mea est, estque valoris eundem litterarum quas scripsi Epistola 1. cap. 2. vers. 16. ita Alazar, de quo mox phara.

Symbolicè, q.d. Numerus hic senarius est, si que triplicans, scilicet 666. Dicitur senarius numerus hominis, quia textu de mundo creatus est homo, Genet. 1. 26. De quo symbolo audi Petrum Bonum tract. de Mysteriis numerorum: Antichristus, inquit, voler nominari Deus, erit tamen bestia, id est, creatura & homo, vnde alio lanatus: *Numerus homini est.* Numerus enim creatura & homini est senarius: quia sexto die complicit Deus rerum creationem, ac septimo die quietuit: hinc & septenarius est numerus Dei, senarius hominis. Porro senarius hic non est simplex, sed triplex, scilicet 666. Nam de primo, id est, singulare limite, in secundum, id est, decimum, transgressus facit sagittam; idemque in tertium, id est, centenum, traductus, facit sexcentiam, qui simus postea faciunt 666. Nam etiam, vt notetur triplex diaboli, qui Antichristus praefidebit, transgressio & prevaricatio, zquam ad damnacionem. Prima est, quando iudicatus in celo senentiam damnationis acceptus. Secunda, quando in ser-

pente, per quem hominem deceperat, malæ editione multatus est. Tertia, quando in Antichristo mundum seducens deturbabit in tartara, quando nimis Dominus Iesus interficeret eum spiritu omni fusi, & destruet illustratione ardenteus fui.

Et numerus eius sexcenti sexaginta sex.] Hinc aliqui ex Aurelio & Lyano putant Antichristum fusile Mahometem, qui regnauit usque ad annum Domini 666. Rursum, litteræ nominis Mahomet, si arithmeticè accipiuntur quali indicant numerorum, faciunt numerum 666. Ita senentiam olim Cedrenus, & Zonaras lib. 3. Annales, ac Gentibrad. lib. 3. Chronol. quos citauit verbi.

B Verum falluntur: videtur enim certum esse & clarum è Scriptura, quod Mahomet non fuerit Antichristus, sed alias expectatur, sique futurus sit sub finem mundi. Rursum, Mahomet regnare cepit anno Christi 610. ac regnauit decem annos, defunctus & mortuus est anno Christi 630, non 666. ita ex veterum Annalibus Cardin. Baronius.

C Secundò, Calvinista & Lutherani contendunt Bonifacium III. Pontificis fusile primum Antichristum: qui est primus Papa vii numeris nomen à Phoca Imper. accepit sub anno Domini 4. C. Sed multipliciter errant. Primo, quia numerus bestie, id est, Antichristi, hic dicitur esse, non 666. sed 666. sive triplex senarius: in eo enim latet vis & mysterium. Secundo, quia ante Bonifacium III. Leo Primus in Concilio Chalcedonensi, & alij Pontifices vocati sunt à Patribus, & à fidibus Papæ Occidentis, vii fusile ostendunt Baronius & Bellarmenici. Tertio, quia hic numerus 666, non est temporis, sed hominis. Quarto, quia Antichristus erit singularis homo, contra quem ceterabant Elias & Henoch, ac per tres annos cum dimidio regnabit sub finem mundi, &c. Iam autem Papa Romæ post Bonifacium III. regnare plus quam mille annos.

Tertio, Alazar per bestiam accipit non Antichristum, sed Romanum Imperium Ethnicum & perfidem Ecclesiam. Huius, inquit, nomen est *sapientia vita*, quia Græci dicitur è ἡλίῳ. hinc enim Græci voces, si carum litteræ singulæ arithmeticè pro numeris supponentur, aequaliter numerum 666. Hoc nomen geruerunt Romanæ Imperatores & persecutores: Primo, in matre, superbum hanc eorum humiles Christianos offendendo, & per plágas ac mortes execruciosos. Secundo, in fronte, de eadem glorianto & se ostendendo. Idem nomen notauit Iohannes Epist. 1. cap. 2. vers. 16. dicens: *Omnis qui dicit in mundo, euangelista carnis est, & concupiscentia scilicet, & sapientia vita.*

E Verum hoc nomen sibi non allumpfit, nec præterit Romanum Imperium: esto rem ipsam præteralit. Hic autem agitur de nomine quod bestiae erit proprium, quodque ipsa præferat. Adde, certum est apud omnes bestiam hanc fore Antichristam, non Romanum Imperium.

Dico ergo, ad literam, nomen proprium Antichristi eas litteras continet, quæ arithmeticè accepte præcise faciunt numerum 666. Ita pallium Patres & Interpretes, qui preinde aut coniectando, aut positis exempli causa, varia affectuant nomina quæ bunc numerum adequarent.

T 4. Primo,

Numeros
666.
Prima Sen-
tenta.

Secunda.

Tertia.

Quarta
genitiva.

Nomen
Antichristi
in quod?

Primo, Irenzus assert nomen *Antichristus*, quod A perperam heretici ad Pontificem Romanum datorquent, ut pater ex dictis, & ex ea quod Irenzus hoc nomen tribuat non Pape, qui iam cum existebat, sed Antichristo, quem allat & venturum in fine mundi, forsique Regem & Imperatorem. Ait enim: *Quemam verisimilium regnum huc habet ecclesiam.* Latius enim (non Pontifices, sed Imperatores) sunt quae nunc regnant. Secundum, Rupetus & Haymo afferunt nomen *Antichristus*, id est, gentium feducitor, quasi clavis prodromus fuerit Genitricis Rex *Wandalorum*, qui Romanum vallavit sub Leone I. Pontifice. Tertio, Anselmus, & Richardus afferunt nomen *Antichristus*, id est, honoris consiliarii: Antichristus enim nullus honor, sed potius omnis probatum & anathema conuenit. Quartu, S. Hippolytus tract. de Confusione, sic assert *Antichristus*, id est, negoti cogit enim Antichristus omnes dicere, Nego Christum crucifixum. Quinto, alii afferunt nomen *Antichristus*, id est, gigantis: erit enim Antichristus instar priscorum gigantum superbissimus, aquæ ac impensis. Sexto, Areias assert nomen *Antichristus*, id est, vixtor, & insipitur alla sex. Noiher Viegas assert quindecim. Quia & Saxonice. Martin Lauer, Greco David Clurem; Hebreicè *Iohannes Calvinus*, vti & *Bela Antibus* reddere hunc numerum 666, annotarunt Lindanus in Dubitario dilogio 3, & Bellarmin, lib. 3, de Pontif cap. 10. Quocirca cum tam varia afferantur, que hunc numerum 666, reddit, & multò plura affl. tri possint; nec villa extet reuelatio quo certum Antichristi nomen explicet & determinaret; tuncariatur illi definitio quodnam ex omnibus et ipsa futurum sit, perfectum cum Sanctus Iohannes studio illud subicieatur. Ideo ergo tantum hunc nomine cuius numerum 666, assert, ut cùm natus & nominatus fuerit Antichristus, omnes et hoc numero nomini ipsius respondente, illudque adequate, & ex aliis signis cum hoc capite & praedominii à Iohanne, cum à Danièle cap. 7. & 11. nam à Paulo 2. Thessal. cap. 2. allatis, colligant illum esse Antichristum.

Ita Sibylla lib. 5. Oracul. p. 11 numeros nominatae multorum Imperatorum precepsit. Nam de Tiberio casuit:

Possit tempora longa

Imperium tradet eisdem, cui prima valebit

Littera circuum.

T enim Græci nota 300.

De Caio Caligula:

Denide mitem trini numeri fortius habebis

Imperium.

C. enim nota 3, aut potius 3, que prima est in Græco 300, nota 3.

De Nerone:

*Quem vero dominum nota quinquagesima si-
gnat,*

Dormi era serpens.

N enim nota 50.

De Vespasiano:

*Hunc venit quidem magnus, et forsitan male-
rum.*

Quem nota perficere decisi septima docebis.

O enim, que prima est in nomine Vespasiani, si græcè scribatur, pro Latino enim V, Græci scripsiunt u.) nota 70.

De Tito:

Filiu ait hunc (nota tricentaria monsfr. n.)
Affuerit imperium.

T enim nota 300.

De Domitiano:

Possit quatuor fatale tenuebile

Imperium, numeri quatuor quarti litera signat.

& enim nota 4.

De Nerua:

Hinc quinquagesima numerus sursum posse habebit.

N enim nota 50.

De Traiano:

Quem sequitur emi dat una tricentaria nomen.

T enim nota 300.

Simili schemate numerorum, quo Iohannes hic denotat nomen Antichristi, Heliodus lib. 9. Athiop. doctet Nilum non aliud esse quam annum; litteris enim quæ nomine Nilus consenserunt, in numeros distributis, consurgunt nec centum & &c. vnitates, quæ & dies sunt anni. vt patet ex hac literarum nominis *Nilus* & numerorum combinatione.

N 50.

E 5.

I 10.

A 30.

O 70.

X 200.

Summus 350.

C. Sic in Epigram. Graecorum lib. 2. epigram. 213, falsè & acutè ostenditur, Damagorox cuiusdam nomine i-4-8-10 esse in numeris cum nomine aequum, id est, pellus. Id quod ex hac descriptione liquet:

A 4.

O 70.

M 40.

I 10.

A 3.

M 40.

O 70.

I 100.

P 100.

Summus 410.

A 1.

X 200.

Summus 420.

Denique simili modo Sibylla lib. 1. Oracul. p. 10 dicitur, nomen Christi litteris suis expressum numerum 888. Hunc enim exprimit nomen Iesu: in Graeco enim τοντι, I nota 10, ι 200, ε 10, ρ 200, σ 200, ς 200, quæ simili iuncta faciunt 888.

Vbi adscrive, Christi nomen continetur 888. Antichristi vero 666, quia octonaria symbolum est perfectionis, consummationis & felicitatis actionis (præstitionis si ter iteretur, vni si in 888.) quam præfuit Iesu; Antichristus vero felicitatem hanc prætendit, promittit, & ad eum aspirabit, sed non pertinet; nec eam, sed eis vimbram & fucum tantum exhibebit, siisque præstabilit. Señorium enim hominis creari, imperfecti, & corrumpibilis, ac peccatoris est symbolum, vni paulo ante diu.

Nota Secundum. Ea quo hoc espite describit Iohannes, connexa sunt cum capite præcedenti, ut patet vtrique inter se conferenti: tamen haec ipsa S. Iohannes exhibita sunt per diversas visiones & symbola, vti & aliis Prophetis sua oracula, ut difficultas scordum quaque intelligatur, & intellectu deficeretur & explicaretur. Idem factum est in lequissimum: vbi proinde subinde videbimus ordinem perturbatum, & hysterologiam more propheticum.

Nomen
Iohannes
Antichristi
666. eum

Ex

Quoniam
festa per-
fervit An-
tichristi?
Primo id
declaratur.

Secondo.

Ex hoc capite & praecedenti ac sequenti li-
quici, quanta quamque actus, varia & omnimo-
da furia sit perfectio Antichristi. Nam Primo,
tunc diabolus extremas iras & vires exeret, vni-
de dicitur cap. 12. vers. 12. *Fa terra & mari, qui*
defendis diabolus ad vos habens iram magnam,
fecisti quod mediorum tempus habet. Secundo, quia
Antichristus omnes atque adhibebit ad decipi-
endum, scilicet simulacrum sanctimoniam, eloquentiam,
sapientiam, blanditias, promissa, opes,
honores, munera, terrores, temerariae acerbissi-
ma, ac insuper faciet miracula, id est, mira que
hominiibus videbuntur miracula, vnde Sanctus
Gregorius 32. Moral. cap. 2. *Pensamus, inquit,*
qua erit humana mortis illa tentatio, quando pro-
Martyr & corpus tormentis subiecti, & tamen au-
te oculis eius toro mirabile facti? Cuius tunc tor-
tum non ab ipsis cogitatione fundi quatatur, quan-
do in quo flagris crucis, signis curvatis? Dicatur
igitur recte, Scringit cunctas fons, quasi cedrum:
qua innixus & alius tunc est venturum pro-
digi, & datur crudelitate tormenti, unde & per
David dicitur: Infidular in aliabdito, quasi leo
in cubitu suo. Denique Antichristus est organum
diaboli, & quasi diabolus incarnatus. Vnde Apo-
stolus 2. Thess. cap. 2. vers. 9. Cum illi adveniant,
*iniqui, secundum operationem Satanae, in omni vir-
tute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni*
seductione iniquitatis qd qui perirent. Quocirca,
vnde Sanctus Hippolytus tract. de Coelumsumat-
*fice, erant tunc Martyres prioribus seculis illus-
triores & sublimiores: ceteribus enim contra*
*disconem, & Antichristum omnis nequitia princi-
pem, & utrumque vincent, & de vtoque*
*triumphabant. Itaque grauitas & acerbitas per-
secutionis Antichristi pareret ex dictis tum hoc cap.*
Tertio, *et*
persecutio-
ne Genitio
Imperat.

Primo ergo, lego que scribit Eusebius, Orosius, Baronius & alij, de immane persecutione Neronis, Decii, Diocletiani, alioquinque Imperatorum, primis trecentis post Christum annis: hec omnia in tres annos cum dimidio Antichristi conser & confusa, & videbis quanto ipsius im-
manitas sit futura. Quia enim trecentis annis sparsim passi sunt Christiani secundum, huc omnia patientes sumul idem numero Christiani tribus annis cum dimidio ab Antichristo, immo longe plura & dirioea. Nam Nero & carci crux sequaces fuerunt tamquam types & preludium Antichristi: hoc est enim quod de eo ait Apollo-
Ius 2. Thess. 2. vers. 7. *Mysterium iam operatur* iniquitatis.

Secundo, lego que de persecutione Wandalorum scribit Victor Vicensis; Donatillarum, Opatus Mileut. Arianorum, S. Athanasius & alij; ac scito has tamquam fuisse virtutes Antichristi. Atque, vt alios præterea, vmbra Antichristi fuit Constantius Imper. Arianus. Nam Primo, Constan-
tius inconfundibilis nesus semper fides querit, sicut Sabellius Hilarius lib. ad Constant. Secun-
do, Constantius patientem & lenitatem affectabat, sed per nimilites furorum suorum expiebat. Tertio, Constantius ab Ariano appellatus est Anteius: ita Antichristus voleret eum & adorari vt

Deus aeternus. Rursum, Constantius habuit est loco Antichristi, domum suam palatium vulnus Ecclesiam, sicut S. Athanasius Epist. ad Solit. sic Antichristus in templo Dei, quasi in palacio suo se debet, teste Apostolo 2. Thess. 2. vers. 4. Induceo Quartu, Constantius in exilio separabat Confessores ab iniunctis, ne iurato se solarentur & amitterent, cum Decius & Diocletianus hac consolacione eos non priuarent, sed simili & coniunctio in exilium relegarent, sicut S. Hilas, loco citato. Quidam, Constantius volebat videti & haberi Christianus & Catholicus, idque Catholicos orthodoxos ad suam scelam pellitare fatigebat fidei honestentia, ne videtur iniuriare leuitam Deci & Diocletiani, cum ramen recipia esset fati-
uot, nam fideliis ita discruciatib, vt tamen eos encruci nollet, vt idem absque martyrio viscerent no rorematis. Vnde S. Basil. Epist. 60. afferit tam atrocem & horribilem fuisse persecutionem Con-
stantii, vt pateret eam esse initium persecutionis Antichristi.

Audi S. Hilas, loco citato, *Vinum omnipotens*
Domini etiatis mea & temporis profligatio, ut hic con-
*fessio mea in te, atque in vnguentum tuum min-
istrorum Neronianis Decianae tempore expul-*
*sem! Nec ego per misericordiam Domini & Desi-
bi ut mihi Corpus, calens eualeo metuens, quod*
diffidem Iustam fuisse: nec ignis irrorans, inter
quos Hebreos pueras cantasse meminsem, nec crux
*magnum transfiguratum paradisi Larvarem recorda-
re: nec profundam maris, & Pentici aquas abfer-
bem rheuma trepidasset, cum per Iunam & Fa-
bulam doctriæ fidelibus esse in mari videntur. Adver-
sus enim absentes hostes, felix nubi dedit certamen*
profectus, &c. Et nos populi tuu tamquam duci foris,
ad confessio religione intelligentia perfectione
publica concurvemus. At manu progressu contra
persecutorum fallentem, contra hostem blanditatem,
*contra Constantium Antichristum, qui non desfa-
cere, sed vestrem palpat: nos profectus ad uram,*
*sed durus ad marem: non triste carere ad liber-
tatem, sed intra palatium bonitat ad servitium;*
non latera vexar, sed cur occupat: non caput gladio
descat, sed armam auro occidit: non ignis publicè
*torquet, sed gehennam primarium accendi: Chris-
tianum confitetur, ut nego. Et inferius: Omnia fan-
fima sine inuidia gloriosamente moribus peragi.*
*Nec inuidusque ingenii triumphe de diabolo van-
tu, & sine martyrii persequenti. Plus credulitati*
vestra Nero, Dec. Maxime debemus. Diabolus
enam per nos victimam. Sanctum ubique beatorum
*Martyrum sanguis exceptum est: dum in his de-
monis mox regnare, dum ex ardore depulsum, &c.*
At in omnium crudelitatum crudelissime. Amno
*mox in nos, & venia minore defens. Subreptu no-
mine blanditiae, oculis facie religiose. Sed legi*
mortali omnia persecutio mala ha tempora-
*re, & excludit & in peccato veniam, & in confe-
ssione martyris. Sed hoc patet illi rursus artifex hor-
marum morem docuit, concere sine constante, &
ingulare sine gladio, perficere sine infamia, edere sine*
fusione, memori sine intelligentia, profiteri sine
fide, blandiri sine honestate; agere quod velis, nec
manifestare que velis.

Tertio, Constantius minus artibus & fraudibus orthodoxos percutere fatigebat. Audi eas persequentem S. Hilarius: *Vigorem nisi tua lupa*
rapax cervum. Auro reip. Sanctorum Dei brutorum,
T 3 oculis

oficio sacerdotum recipit, qui ex Christo est predicatorum: capiunt benedictionem submissu, ut fidem calcet; censu dignatur, et qui iudas ad predicationem agressum est: censum capiunt remissi, quem Christus ne scandalo ejus evulsi: vestigia Cesaris datur, ut ad regnum eorum Christianos induat: qui sua fons relaxat, ut que Dei sunt, amaranthum. Hec iuxta salva omni inhumana sunt.

Denuo Constantius ademptum est imperium cum vita; dum ipse ademit diuinitatem Christi Dei Filii, idque a Julianu Apostolo, quem ipse quasi cognovit, confortem & hereditim imperij designavit, Cesaris meque creata. Quocirca moniens Constantium de tribus induit, ut S. Gregor. Nazianze: oest, de laudibus Sancti Athanasi: *Venit, quid generis sis necem atque sit* (nam initio imperij nominales fuisse iunctos occidit.) *Aliorum, quid Julianum Apostolum Imperatorem* (creando eum Cesarem) *nominasti. Terimus,* quid minus fides dogmatis studiis sit. Finaliter eam in vocibus & tuis defessa. Hoc & plura faciet quoque Antichristus.

Julianus
episcop. Ante-
christi.

Tertio, Constantium, Deciam & Diocletianum, ceterisque persecutores superauit Julianus Apostolus, idque per illis omnibus fuit typus & precursor Antichristi. Elias ergo persecutor fuit acerbitissimus, malis de cauſis. Nam Primo, Julianus magis alebat, eorumque artibus magicis vibratus, ac nuncios habuit demones, quos Añor Sanctus Publius Monachus, ut pater ex eius vita. Secundo, defterioribus & apostatis homines tribuerunt: suis blanditiis fidem ad apostoliam & idololatriam sollicitabat. Ita blanditus est Gregorio Nazianzeno, ornando prefecturam eius fratrem Cesarium; sed refutauit hoc Gregorius, iuliusque Cesario ut prefecturam Julianum resignaret. Tertio, pietatis simularat, hinc patitur excommunicare monasteria & virginum cunobus, ac domos hospitales, ait Nazianz. utrat. 1. in Iulian. Quartio, Clericos labiles inter se docebat ac distinxerat, inquit Sanctus Augustinus lib. t. 8. de Civit. c. 5. ut feliciter eos armis sapientiae priuaret, quibus suam fidem proponerent. Rursum, ut Chalcedon vocaret in omnium & contemptum, vocabat eos Galilaeos, & ut ab omnibus ita vocarentur, publico edicto faciebat. Quinto, iniuriebat Christianis martyris, nobisque corum confundantur in tormentis vincit & confundi. Nam, ut ait Sanctus Chylostrom Seim, de Sancto Iustino & Maximo, quos Julianus martyrio affectus, Fidei Iulianae ceteros paucos & virgines pro religione ad mortem profire, crucibatur & dolabat. Ceterum impetu bellicis manifeste nobis: omnes enim, dicit, ad mortem, quafi ad ultoriam operi volunt. Et inferius: *Concedentes, ad-venire, suspendentes, præcipitantes, besig-objecentes fideli, carbuncles sicut lumen calcabat, mare & fuscum fecit praram insubducere. ad gla- diuum fecit ad diadema & coronam correrebant.* Nergo horis aqua irrigari ita germanum, ut Ecclesia si Martyrum rigerent sanguine. Dico ergo, inquit, tu triumphas & coronas pareras. Sed quid faciat medico, milites, & oratores omnes, vel a professoriis suis discideret, vel fidem suam abducere ueret, telo eminus mitem, ut si à fide deficerent, rideant ceterum: sin generis persecutores & vanecem, pars viseretur uictoria: nihil enim magnus, auctor vel proficiens pro pia ac communiere. Scitudo, sumulacra patientium & clementiam, cum

A effici barbundas & crudelissimas. Hinc persecutionem suscitauit, sed executionem ac tyrannidem eiaturibus, ac populari turbis, cuius audacia est effrenata & intolerabilis, permisit, ut Nazianzen, oem. 1. in Julianum, vbi cum chamaeleontem vocat, quid in omnes fraudum formas se verteat, sed ita, ut post illecebras fructu adhibitas, statim plus violentie adhiberet. Rursum, cum Martyres fidei causa occiderent, morti eorum non fidem, sed aliam politicam praetexebat cauſam & culpam, ut factum etiamnun Caluiniſt. Septimio, signum crucis ex labore & aliunde sollicito, ac pro eo louem substituit, teste Socomeo lib. 5. cap. 16. Reliquias S. Iohannes Martyris, & aliorum, quibus magorum & demonum vii stangebat, eorum monitus exportati fecit, ut Chrysost. orat. contra Gentes. Octauio, ingeniosis artis fedeleſ peruerenti excogitabat. Ita Chrestianopolis tempore Quadragesima in foro, dum esset auctor castitas, non nisi carnes idolis immolatas venales proponi curauit, ut cliges cogere idolochyrus velici, aut fame mori. Ita Clericos militare uictribi iussit: fideles magnis tribitis onerauit: Paphores & Epipocos in exilium egit, ut populum simplificem earentem ducibus faciliter ad suum sedem pertraheret. Chrestianos ad libitum bonis praenauit, folia hac de causa, quod Christus Chrestianis precepit tempore suum & opus deliciantiam. Rufum, Iudeos, Arrianos & Donatillas hereticos in Chrestianos graffata permisit, imo suscitauit, ut Christiani minime se hisibus & credibiles conficerent, taliis est Opus. lib. 2. Non, Julianus ut apothecatam iibi apud plebem conseruaret, credi voluit Alexander Mignus (credebat enim ipse, & ab aliis credi volebat), Pythagoricam mythologiam, id est, ammarum ex uno corpore in aliud transmigrationem (quasi Alexander anima in se transmigrasset, ipsoque in altero corpore esset Alexander, ut ex Socrate narrat Cardinal. Baron. anno Christi 36). Denuo Julianus diuinitus telo exlesti perculsus inerti, & tamen moricos diutius honores affectauit. Hoc & plura prestatibus quoque Antichristus, tantumque horum omnes supererant, quoniam corpus supererat virilem, veritas typum, exemplar imaginem.

Ex hoc ergo capite colligas, qualis futurus sit Antichristus, qui eius dotes & mores, scilicet Pjimi, ex veri. t. quod erit potenterissimus: beatum enim decimum eius cornua, id est, omnia regna mundi, subiugabit. Secundum, verbi. t. quod erit siccus ut virus, superbus ut leo, vanitus & vafer ut pardus. Tertio, ibidem, quod diabolus ei tradecet omnem suam potestiam, per quamque omnes & extremitates suas virtus exeret. Quartu, verbi. 4. quod finger se resurgere a mortuis, hinc Quinto, veri. 4. quod adorabatur ab hominibus. Sexto, verbi. 5. quod erit blasphemus in Deum, Ecclesiam & Sanctos; quodque ut monarcha regnabit tres annos cum dimidio. Septimo, verbi. 7. quod habebit fumum præcursum per pseudoprophetam, qui suadebit & cogere omnes adorare Antichristum. Undecimo, verbi. 5. quod faciet facta miracula, scilicet ut igois de calo descendat, & imago Antichristi loquatur. Dodecimo, verbi. 4. inibidem

iubebit paullum pangi Antichristi imaginem quasi resurgentem à morte. Decimo tertio, ver. 1. iubebit occidi omnes qui nolent adorare imaginem Antichristi. Decimo quartu, ver. 16. coget omnes gestare characterem aut nomen

A Antichristi in dextera manu, aut in fronte, statuerunt, ut nemo sine eo quid emere aut vendere possit. Decimo quinto, ver. 18. quid nomen Antichristi sive litteris experient numerum 666.

CAPUT DECIMVM QVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

S. Johannes cap. 12. & 13. recensuit diram & acrem persecutionem Antichristi, tam ne fideles percellantur, recenset 144. milia, qui tunc Antichristi generes refulerint, non tam lingua, quam vita. Nam in summa meritorum licentia quam dabit Antichristus, seruabunt virginis aetem: quo circa terram gloriam & palmas subiungit, quod nimis sunt empti de terra quasi primitia Deo & Agno, quod sequuntur Agnum quoconque iterit, quod habeant nomen Dei & Agni in frenis, quod sunt citharisti Dei, & eant canticum nouum. Secundus, vers. 6, transit ad tres angelorum voces, quorum primus edicit, ut homines timeant Deum, & quod infest eius indicium. Secundus vers. 8, edicit Babylonie casum & ruinam. Tertius vers. 9. Antichristi affectus minatur gehennam. Tertius, vers. 13. audis est a celo vocem: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quartus, angelus unus edicit Christo, ut falsi demet et eos. Alius angelus edicit alteri, ut vindemiet botros, id est, reprobos, eosque mittat in lacum ira Dei: in eum ergo missi, ibidem quasi una calcantur, ita ut sanguis eorum exundet usque ad frangos equorum per 1600. stadii. Omnia haec tunc spectant, ut homines eaneant à peccatis, nec ecedant minus aut premissi. Antichristi.

Vers. 1. Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis.

2. Et audiui vocem de celo, tamquam vocem aquatum multarum, & tamquam vocem tonitri magni: & vocem, quam audiui, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis.

3. Et cantabant quasi canticum nouum, ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.

4. Hi sunt, qui cum milibus non sunt coquinariati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quoconque iterit. Hi sunt ex hominibus primis Deo, & Agno:

5. Et in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thonum Dei.

B Sion. Hunc enim Agnum iam emissum, & in Sion

cum multis affectis sui similibus confundenter, depingit hic Iohannes. Tertius, & maximus, quia agit hic de virginibus qui sequuntur Agnum. Hi enim sunt agnisi est, casti. Christus ergo Agnus (ut hic vobis significaret) amat agnellos, agnas & agnos, sicut innocentes, virgines & Martyres.

Vnde S. Augustinus serm. 1. de Innocentibus, Agnus, debet immobili, quia Agnus futurus est crucifixi, qui tollit peccata mundi. Amat Christus agnetes & callos. Sicut ferunt trahit imagines: sic Christum sua trahit Agnes. Vnde ait Apostolus: Defundit vos in uno tempore virginem castam exhibere Christi. 1. Corinthis, 1. ver. 12. Hinc rufum vult Christus suos esse oves, ut finiant se ab eo regi quasi oves à pastore, planè in eum regnante. Ipse enim deducit ovem suam Ioseph: ipse est pastor oviuum, de quibus ait Iohannes Ewang. cap. 10. Oves meae vocem meam audiunt. Mirum est, quod agni mox nati matris balatum inter mille oves & matres agnoscant, statimque ad matris vibra accurrant: is & mater inter mille agnos, suam agnoscit. Ita fideles Christi vocem internam & exterram audient & agnoscant. Vnde & Christus ait: Ego cognosco oves meas, & cognoscunt me. Hinc oves & agnos hos in iudicio collabunt à dextera, atque secundum in calum duderunt, horro vero à sinistra deturbabunt in tartara. Talis fuit David & S. Paulus dicentes: Propter te mortificamus nos a die, illamur sumus scimus oves occisionis. Sed in his omnibus superavimus propter eum qui dilexit nos. Tales fuerunt Apostoli, fortis ut leones, sed mitis & pacientes ut agni, ut pose Agni Dei filii & discipuli, qui ab eo audierunt: ite, ecce ego nubes vos sic agnos vates Lupi, Luce 10. v. 13.

C Christus: Cheflitus Agnos amas agnos, id est, callos,

T vidi, & ecce Agnus staberet. Iohannes paullum hic Christum vocat Agnum, minique ea voce delectatur, ob causas quas recensit cap. 5. ver. 6. & quis alludit ad Iohannem 16. ver. 1.

Emute Agnum, Domine, dominatorem terrae, de Peira deferit ad mentem filie

Statet supra montem Sion.] Quia in Sion adificatum erat à Salomonē templum, hinc Sion

Sion, id est allegorice significabat Ecclesiam nouam sub Christo multitudine, quia hinc ceperit in Sion. Nam ut perdidit Iahua cap. 2. vers. 3. De Sion exibit lex, & se bene Domini de Ierusalem. Sion enim hebreus significat speculum significar totius familiam celitatem, que Deum ingerit respicit, intendit & contemplatur, ad eumque magnis virtutum possibus quondam ascendit & contendit. Sion ergo scilicet S. Iohannem lib. 1. contra loutum, hoc virtutum culmen, quod erit in sanctis hinc virginibus in fine mortali, simile illi quod Apostoli adegit fuit in Sion in die Pentecostes. Cetero ergo Iohannes hic Agni exercitum virginem in virtutum culmine, & in simili spiritu perfectio- ne, qualis data fuit Apostolis & Sionis in monte Sion. Ibi enim Apostoli aliisque primi Christiani induit sunt virtute ex alto: ibi diuinum Spiritum inimicis peccordii accepunt, et castitatis, paupertatis, opum mundique contemptus, charitatis, & ecclesiis vita speculum & exemplar fierius emendibus facultas darent: ibi insuper insibi sumi celesti rebore ab Christi nosam ratione praedicandum, & ad vitam, ita opus esset, pro eo prompte & alacriter profundendum. Eodem spiritu & virtute induitur in Sionis virginis & Martyres, cum Antichristo dimicatur.

Anag. Sion
est celum.

Anagogice vera, mons Sion significabat Ecclesiam in celis triumphantem, eamque hinc typologicè ad literam significat Psalmum enim hic Iohannes Sion, templum, altare, thymiu, & accipit in sensu analogico, ut feliciter hic ad literam significans ecclesiam patriam, celum gloriam, gloriarum actionem, latitum, & felicitatem. Nam, ut sit Psalmus psalm. 83. vers. 3. Videlicet Deus derum in Sion. Ita S. Gregor. lib. 1. comment. in lib. Regum, cap. 5. sit, Sion esse altissimum culmen supremæ felicitatis. Videlicet Iohannes hic Agni altissimas, & militias contra Antichristum, putat virginines & Martyres, parta iam victoria triumphantis in Sion, id est, in celo, unde mox de cœtu voce subdit: Et audiu vocem de celo.

Querens, cur ait Iohannes, Fidi supra montem, non atra, in monte? Respondeo Primum, ut significet quod virginis omnem mundane fabri- ca, regem ac virtutis communis altitudinem longe superet. E celo, ait Ambros. lib. 1. de Virginib. accessus quod existaret in terra. Hoc (virginibus) subest atra, angelos fidere agere transpredicant. Verbum Dei in spississima Patrum uenient, &c. Eius etiam, quae molles corporis causa sufficere corporis custodi- bus uenient, id est contra rapas ad celum. Incep-

s. Trinitas
est prima
virgo.

Viegnes
est epopea
Sion)

Prima trias virgo est: signum Patre natus
anserba
Idem est: nec enim Pater orium traxi ab
ipsa.

Hinc addit Nazianzen, virginitatem tantum
præstare coniugio, quantum animus carni, ex-
sum terreni, Deus homini præstat & antecollit.
Audi & S. Gregorium lib. 5. in lib. Reg. cap. 3.

A Bene in sublimi esse virginem dicitur, quia quod naturam humanam supercedunt, in altissimo virtutum culmine summa est. Unde & virgo illa dilectissima Iesu, locum virginum infernorum au. Vido supra montem Sion Agnum flantem & cum eo centrum quadrangula quatuor motu, hi sunt qui cum mulieribus non sunt compunctiones: virgines enim sunt. In mente quidem esse eam Agno dicuntur: quia per mecum in-
carcerantur, quia à terrena & carnalibus delictis atque se dividunt, ut sempiterna Redemptoris gloria solidinantes. Hinc rufum sit Nazianzen. Eius alij caelumnam donandum, quia confitentes suum quatinus mundum ab hoc inferto diuini & elevatum, in eoque super alios omnes colligunt virgines. Quocirca S. Cyprianus lib. de Habitac. virginum, & ex eo S. August. lib. 4. de Doctrina Christi, cap. 21. de virginibus loquens: Hos, ait, est de Ecclesiasticis genitris, decur a quo ornamento grata gloriosa, laeta modis laude & honoris operis integrum arque inservit, Deinde responsum ad faciliorum montem Denuni, illustrissimam gregi Christi. Gaudet per operis, atque in ipsa largior flore sancte marie Ecclesia gloriosa facili-
atur, quoniam plus gloriosa virginum numero suo addi sene plus gaudium maris angeli. Et S. Hier. epist. 17. 23 Macellum: Care, inquit, flos gaudium & precepsissimus lapsus inter Ecclesiasticis ornamenti, manuaceras & virginum chorus est. Denique Sapientia Eccl. 26. vers. 20. Omnes, ait, ponderaver-
nt digna confitentis amica.

Secundum, ut supra montem significat virginitatem esse tunc ardorem, cumque qui virgo esse vult, quasi super montem altissimum conicit & con-
